



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Quid respondere debent ij, qui ad statum religiosum aspirant, dum à cognatis vel aliis retrahuntur & impediuntur ne fiant Religiosi. Cap. XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Quid respondere debeant ij, qui ad statum religiosum aspirant, dum à cognatis vel alijs retrahuntur & impediuntur, ne fiant religiosi.

269. **Q**ui dissuadent ingressum in Religionem, variis rationibus vtuntur. Aliqui dum vident adolescentulos ad statum religiosum aspirare dicunt non debere eos id facere, quia non sunt maturo adhuc iudicio, ideoque fieri vt dum maturum est iudicium egrediantur ex monasteriis, quæ inconsideratè in pueritiâ vel adolescentiâ adamarunt.

Qui hæc dicunt ad retrahendos adolescentulos à statu religioso, considerare debent hæc, quæ nunc adferam, & quæ ad religionem vocati à Deo, illis modeste repræsentare possunt.

Primo, Lutheri hæresarchæ fuit sententia homines non esse aptos ad religiosum statum, & ad vota in eo emittenda, nisi post septuagesimum vel octogesimum ætatis annum. Similiter omnes posteriores hæretici reprehendunt Ecclesiæ consuetudinem admittendi pueros ad religionem. Videant ergo Catholici, ne dum sibi sanguine vel amicitia iunctos adolescentulos ab ingressu Religionis retrahunt, id faciant instinctu diaboli, cuius instinctu id improbabant hæretici, Diaboli enim est proprium, vt patet experientia, & constat ex historijs Ecclesiasticis, homines à bono, & à meliore & à certiore bono ad minus & periculosius impellere, sub pretextu pietatis & sub specie virtutis.

Secundò, adhuc tempore S. Thomæ quidam Dei familiam imminuere incipientes, dicebant illicitum esse pueros ante annos pubertatis ad Religionem admittere: quos egregiè refutat S. Thomas, modis infra adferendis.

Tertiò, Concilia Ecclesiæ Catholicæ contrarium docuerunt & sanxerunt. Nam Concilium Toletanum decimum c. 6. & Triburiense can. 24. & habetur in Iure Canonico cap. 1. & 2. 20. q. 2. vbi pro masculis 14. annum, pro femellis 12. designant, etiam vt professio fieri possit in hac ætate, quod etiam concedit Concilium Trullanum can. 40. Sed Concilium Tridentinum postea post 26. annum ætatis fieri voluit professionem: quæ in nostrâ Societate non fit ante 33. annum ætatis, sed sola vota simplicia post biennium Nouitatus fiunt, quæ tamen verum faciunt religiosum, non minus quam sint professi vt declarauit Gregor. XIII. in suis Constitutionibus, & alij Romani Pontifices. Concilium verò Tridentinum, ne ante 16. annum ætatis quis religionem intraret, non prohibuit. S. verò Gregorius Papa I. ep. 48. iussit, ne in Insulis, in quibus est molestior habitatio, reciperetur ali-

quis ad monasticam professionem ante 18. annum ætatis. Ex quo rectè deducunt Canonista, inquit Bellarminus, in alijs locis posse recipi in minori ætate, nimirum anno decimo quarto; mon. c. 35. quam ætatem definiunt multi Canones: vt cap. 5. secundò ad nostram, & cap. Significatum extra de regularijs.

Quartò, in Iure Canonico statutum est, posse etiam infantes ante vsum rationis ad religionem recipi, si eorum parentes eos offerant, & religio acceptare velit. Quod etiam asserit S. Reg. fusa. Basilius.

Quintò, hic esse videtur sensus ipsius Dei. Nam Thren. 3. 27. dicit Spiritus S. Bonum est viro portare iugum ab adolescentia sua. Adolescentia autem inchoatur ab anno pubertatis, nimirum 14. ætatis in masculis, à 12. in femellis. Atque hoc loco S. Thomas vtitur & Bellarminus, ad probandum etiam pueros ante annos pubertatis posse ad religiosum habitum & statum admitti & recipi. Deinde Christus Dominus hoc ipsum innuit, dum dixit: *Sinite parvulos venire ad me, & nolite eos prohibere.* Quo dicto Christi, ante Bellarminum, S. Basilius probat, ad eos qui ad nos accedunt, admittendos, (scilicet ad statum religiosum, de hoc enim expressè & ex professo ibi loquitur) nullum non ætatis tempus idoneum esse. Et in Regula à Deo per Angelum missa S. Pachomio Abbati, (vbi testantur S. Hieronymus in præfat. ad Regulam Pachomij, & grauissimi Historici primitiua Ecclesiæ, & quod maius est, Ecclesiæ idem asserit in martyrologio Romano 14. Maij) expressè fit mentio puerorum ad vitam monasticam vocatorum, & modus diuinitus præscribitur, quo ij in monasteriis regendi sunt, Regula 96. & 97.

Sextò, hoc ipsum alij Sancti docent. S. Athanasius dicit, etiam pueros virginitatem profiteri doctos esse à Christo. Idem dicit S. Basilius paulò antè citatus. S. Ambrosius: *Non atas reuicetur florentior (de hac re differens ait) sed animus examinatur. Certè Theclam (quæ adolescentula virginitatem nouerat) non senectus, sed virtus probauit: & hinc quid plura contexam, cum omnis atas habilis Deo, perfecta sit Christo? nec mirere in adolescentulis professionem, cum legeris in parvulis passionem; (scilicet martyrium pro Christo vel virtute susceptum) An dubitamus, si eum vsque ad continentiam sequatur adolescentia, quem vsque ad mortem consistatur infantia.* Meritò ergo quem exclamauit ep. 59. de S. Atholto scribens: *Benedictus Dominus & benedicta adolescentia eius quam exegit in tabernaculis Dei Iacob, positus in monasteriis.* In quibus enutritos à pueritia, S. Anselmus l. de similit. comparat Angelis, qui verò in prouectiore ætate religiosum statum amplectuntur, hominibus.

S. Thomas Theolog. Princeps, cum ex professo instituisset hanc questionem: *Vtrum pueri sint recipiendi in religionem,* probat aliquot locis etiam pueros, non tantum adolescentes, posse

470. Luth. de votis monach. Cap. Aug. an. 17. Bellarmin. lib. 1. de monach. cap. 35. Opus. 17. cap. 11. Scilicet. 1. cap. 15.

libr. 2. de mon. c. 35. S. secundò dicitur. c. 1. 2. 0. q. 2. & c. 4. S. Reg. fusa. 15. cap. 1. de Reg. in 6. can. Puell. 1. 2. 0. q. 2. Th. 2. 2. q. 189. a. 5. de Bell. l. 2. de mon. c. 35. Matth. 19. 14. Bell. loc. cit. Bas. Reg. fusa 15. Pallad. Lau. c. 38. Soz. lib. 3. cap. 13. Niceph. 1. 8. c. 14. Metaph. in Vita. 271. l. de hum. Christi. Ambr. l. 3. de virg. Opus. 17. c. 11. 2. 2. q. 189. a. 5. se

se recipi in religionem. Cardinalis Bellarminus Sanctis à me hoc loco merito annumerandus est, quia sanctissimè vixit. (vti sum oculatus testis, eius olim in Collegio Romano subditus) & à Deo in vita & post mortem miraculis manifestis illustratus, ob quæ nunc post Processum pridem Authoritate Sedis Apostolicæ pro eius canonizatione factum, eius Canonizatio expetit: hic, inquam, tantus vir, in tota Ecclesia & Academicis nominatissimus, refutans solidè omnes hæreticos improbantem morem in S. Ecclesia receptum, adolescentulos recipiendi ad religionem, & ad vota admittendi, sic loquitur: *Ad vota suscipienda continentia, obedientia, & paupertas, requiritur quidem eam ætatem, in qua sit usus liberi arbitrij, sed vbi is adfuerit, in quacunque ætate, licet alia vota nuncupare.* Idque probat locis à me supra ex S. Scriptura allatis.

S. Quinto.

Septimo, idem probatur exemplis sanctorum hominum vtriusque sexus, qui, vt obseruauit S. Thomas, & loco citato ait Bellarminus, in pueritia & tenera adolescentia Deo seruire, & votis se obligare soliti erant. Nam, vt inquit Bellarminus loco citato, post S. Thomam idem adferentem, Ioannes Baptista à pueritia secessit in eremum: (in eaque mansit vsque ad illud tempus, quo cepit concionari & baptizare, vt bene ostendit Suarez) B. Maria adolescentula vouit perpetuam continentiam: B. Antonius, Paulus I. Eremita, Hilarion, Benedictus, Bernardus, Franciscus, aliique, permulti in adolescentia monachi facti sunt, vt patet ex Athanasio, Hier. Greg. & Bonauentura in eorum Sanctorum vitis. Pari ratione omnes ferè sanctæ virgines, quas Ecclesia publicè colit, adolescentula vouerunt cõmentiam, vt Thecla, Agnès, Cecilia, Agatha, Lucia, Clara, Catharina, & alia propemodum infinita. Hæc Bellar. Quem vera dixisse, etiam ex testimoniis sanctorum Ecclesiæ Doctorum antiquissimis apparet.

Luc. 1.

Su. t. 2. in 3. p.

lib. de S. Virginit. cap. 36.

Nam S. Augustinus idem testatur est: *Respice, inquit, agmina Virginum, puerorum, puellarumque sanctarum: in Ecclesia tua eruditum est hoc genus: illic tibi à maternis vberibus pullulauit: nomen tuum ad loquendum linguam soluit, nomen tuum velut lac infantia sua suxit insusum. Non potest quisquam ex hoc numero dicere (vti possunt in maturâ ætate religionem ingressi) qui prius blasphemus fuit & persecutor: immò etiam quod non iussisti, sed tantum uolentibus arripendum proposuisti, dicens, qui potest capere capiat, arripuerunt, uouerunt, & propter regnum celorum se ipsos, non quia minatus es, sed quia hortatus es, castrauerunt.* S. Hieronymus quoque scribit, in cœnobiiis suo tempore fuisse, omnis ætatis, pueros, viros, senes.

ep. ad Eustoch. de custod. virginit. l. 1. Reg. ep. 48. lib. 2. dial. cap. 3.

S. Gregorius refert suo tempore innumeros fuisse pueros in monasteriis. Et alio in loco, de SS. Placido & Alauo, à pueritia in monasterium S. Benedicti ingressos scribit.

Hoc ipsum constat ex regula S. Benedicti Patriarchæ omnium in Occidente Religiosorum, Reg. 30. & 59.

Corrigant ergo iudicia sua ij Catholici, qui zelo non secundum scientiam moti impediunt, ne adolescentuli fiant religiosi. Contrarium enim iudicat Deus & sancti eius, & Concilia S. Ecclesiæ, quam qui non audit, iubetur à Christo haberi sicut Ethnicus & publicanus. Math. 18. 17.

Dices statum religiosum esse valdè arduum, teneræ ætati valde incommodum, vnde fit, vt multi eum amplexi in immaturâ ætate, postea maturato iudicio ad seculum redeant, cum magna ignominia suarum familiarum & mærore parentum & amicorum: satius ergo esse, expectare annos ætatis maturos, & tunc primùm (si Deus uocauerit) statum religiosum amplecti, in quo tunc sperare possunt perseverantiam, non antea.

*Respondeo, si hæc ratio haberet aliquid momenti, suaderet, nec homines in maturâ ætate debere ingredi religionem: quia experientia quotidiana, præsertim in nostra Societate (contra quam id potissimè obijciunt) ostendit, plures in ea non perseverare, ingressos in ætate matura, quàm eos qui circa 16. annum ætatis ingrediuntur. Qui enim in valdè maturâ ætate (hoc est 20. annos excedente) fiunt religiosi, in hac naturæ humana fragilitate & malitiâ, ingrediuntur commisis multis sceleribus, præsertim castitati contrariis, diuturnâ consuetudine corroboratis, à quibus in religione difficilius abstinere possunt, quàm adolescentuli, qui nondum se tot criminibus contaminarunt. Consuetudo enim vetustate firmata, vt ait S. Basilus, & docet experientia, natura vim solet nascisci: estque eius aded magna tyrannus, inquit S. Chrysostomus, vt perinde cogat ac natura. Proinde procliuiores sunt ad non perseverandum tales, quàm qui in tenella ætate fiunt Religiosi. Idem merito Spiritus S. hoc docuit: *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senserit, non recedet ab ea.* In tenera ergo adolescentia statum religiosum amplecti debent, quia facilius ad omnem probitatem formabuntur quàm maturiores. Est namque ætas tenella, vt ait S. Gregorius Papa, boni actibus apta & idonea: quia adolescentes, vt scribit S. Hieronymus, habent in se lentum quoddam & molle, quod faciliè formari queat, atque ad arbitrii volumatù trahi: & in cunctis ferè rebus, citius assuescitur omne quod tenerum est. Nouellas adhuc & vix firma radice arbutulas, dum ad omnem ductum sequaces sunt, in quamlibet partem flecti faciliè est, quo natura plerumque curuata, citè ad arbitrium colentis corriguntur. Et quia isti Politici facilius credent Senecæ quàm Sanctis, etiam à Seneca ætas tenera, appellatur optima, quia in ea possumus discere, possumus facilem animum, & adhuc tractabilem ad meliora conuertere: quia hoc tempus idoneum est per studium agendum ingenij. Ex altera parte, quia illa ætas est maximè procliuis ad vitia, subducenda est à seculo & ad religiosum statum traducenda antequam se se vitis immergat. Est enim*

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

Math. 18. 17.

adolescētia, vt scribit S. Basilius, & quotidiana demonstrant exempla, perquam leuis & ad flagitia quaque apprime mobilis. Quod si eripatur a saeculi occasionibus ad scelera ducentibus, & in tuto portu religionis colloctur adolescēcatulus, & vtraique S. Ambrosius, si teneriora colla volens subdiderit habens maturi moderamina, (scilicet Superiorum suorum) sedebit singulariter reuocatus à strepitu interpellantium passionum & quietus silebit: cui necesse est iam non iurgari cum corpore, deceptare cum variis cupiditatibus, quia tulit iugum verbi (Diuini) anima qua quarit Deum, quia captiuus sibi fecit omnes delicias inuentus: nimirum se subtrahendo ab illis, in quas incidisset, si ad aetatem iuuentutis, adolescētia feniorem, distulisset ingressum in religionem.

Sed praestat de hac re piè & pulchrè differentem audire S. Thomam in quodam Opusculo: Hic, inquit, qui iugum Domini ab adolescētia tollunt, multa bona proueniunt, de quibus sex ponere sufficit. Primum est, quod bonitas profundius insigitur, cum inueniat subiectum magis tenerum. Philosophus: Sapientia vasa quidquid primum acceperint. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testae diu.

Secundum est, quod seruitiū Deo in adolescētia exhibitum gratius est illi. Vnde Ioannem Euangelistam specialiter dilexit, quia ad eius seruitiū adolescens uenit. Nec mirum, si amplius diligit illum qui ad eius seruitiū adolescens uenit, quam illum qui in senectute hoc facit. Adolescens enim offert Deo de meliori uita sua, de flore, de rigore suo, senex uero de face. Adolescens offert ei similitam mundissimam, senex uero offert ei sursum. Ipsi senes offerunt ei spicas corrossas cum Cam, uenientes ad Dei seruitiū in senectute, Diabolo & mundo, tanquam Dominis, quod pulcherrimum est, & melius de uita sua primo offerunt: reliquias uero, & id de quo mundus non curat, Deo dare uolunt, cum tamen electa uelit Deus sibi offerri, Num. 18. Omnia qua offeris ex decimis, & in donaria Domini separabis, optima & electa cuncta erunt. Eccli. 14. 11. Dignas Deo offer oblationes. Offerenti quod deterius est, dicitur Malach. 1. 8. Si offeratis eacum ad immolandum, nonne malum est? Et, si offeratis claudum & languidum nonne malum est? offer illud duci tuo, & si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Ibidem uersu ultimo: Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & uocum faciens, immolat debile Domino, quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

Tertium est, incundam facilitas assuesationem sequens. Sap. Optima forma uiuendi assumenda est, quam incundam reddet assuetudo.

Quartum est, securitas in uita & in morte, quod non est bonum modicum. Prou. 25. Secura mens quasi iuge conuiuium. De securitate in uita dicit Seneca: Pulchrum est ante mortem consummare uitam, deinde expectare securè reliquam temporis partem. Incertus de salute sua moritur, qui in fine uita sua panitet. Augustinus: si quis positus in ultima necessitate uoluerit accipere penitentiam, & accipit, & hinc vadit, fateor

uobis, non ei negamus quod petit, sed quod securè exeat non praesumimus: penitentiam possumus dare, securitatem uero non. Qui ab adolescētia Domino seruerunt, securi de salute sua decedunt, quod non est medicum bonum. Gregorius: Initium retributionis est, in obitu securitas mentis.

Quintum est, Maioritas praemij. Habet Deus uide melius remuneret eos, qui diutius sibi seruerunt: & licet saluetur qui tardè conuertitur, si conuertitur uerè, tamen in domo Patris caelestis mansiones multae sunt.

Sextum est, euitatio uel minoratio cruciatu purgatorij: licet ille saluetur, qui uerè in senectute ad Dominum conuertitur, tamen saluus erit quasi per ignem. 1. Cor. 3. Grauis est multum ignis purgatorij. Augustinus: Miro modo grauis est ignis ille, licet non sit aternus, exsuperat enim omnem poenam, quam aliquis in hoc mundo perpeffus est. Ex altera parte maturae aetatis iuuenum uel uirorum qui adolescētia annos excefferunt, uita uitae pluribus quam in adolescētia commixtis inquinata, ob diuturnam consuetudinem, ineptior est pro religione. Consuetudo enim mala, inquit S. Thomas, est quasi catena ferrea, qua aliquis ligatur, & ligatus à Diabolo tenetur. Augustinus: Suspirabam ligatus non ferro alieno, sed meae ferreae uoluntate, uelle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me, quippe ex uoluntate peruersa est facta libido, & dum consuetudini non resistitur facta est necessitas. Proverb. 5. Iniquitates suae capiunt impium, & fimbriae peccatorum suorum quisque constringitur &c. Consuetudo mala, est ueluti languor inueteratus, qui difficile curatur, Eccli. 10. 11. languor prolixior grauat medicum. Ibidem 18. 20. Ante languorem adhibe medicinam. Seneca: Minus negotij habet medicus, si ad recens uitium adhibetur. Sequuntur teneri & rudes recta monstrantem. Non potuerunt Discipuli expellere malignum spiritum à quodam, in quo fuerat ab infantia; Matth. 9. Basilius: sicut non potest auis dediscere linguam maternam, sic uix peccati longam consuetudinem. Consuetudo mala est sicut gutta, quae subintrauit ossa, quae uix expellitur. Iob 20. Ossa eius replebuntur uitis adolescētia. Sicut difficile est retinere equum qui inchoauit cursum suum, sic difficile est eum corrigere, qui assuetus est malis.

Secundò alij retrahunt adolescentes ab ingressu in Religionem dum eam inuitis parentibus uolunt amplecti, & id dissuadent tanquam diuinæ legi contrarium, iubentis obedire parentibus. Sed his respondendum est id quod differtè respondet Cardinalis Bellarminus, hereticos olim eodem argumento ufos esse ut probarent, non posse filios quamuis maximae aetatis sint, ingredi in religionem, sine consensu Parentum, si parentes sint superstitēs. Contrarium tamen docent sancti & Theologi, & Concilia, & mos Ecclesiae. S. Ambrosius reprehendit eos qui filias suas arcebant à uita monastica, & ad eorum confusionem ethnica exempla adfert, qui praemissas filias ad uirginitatem inuitabant. Illic praemissae reuocantur à nuptiis, hic ad

loc. cit. cap. 6.

272.
lib. 2. de monachis cap. 36.
Cent. 4. c. 10. col. 1304.
Cent. 6. c. 6. col. 354.
Pet. Mar. de caelib. ad l. 3. de Vir. nuptijs

nuptias coarctantur iniuriis: illic violentia fit, ut capiantur: hic fit violentia ne profiteantur: & potest esse patientia sacerdotum, ut non vel morte oblata, si ita necesse est, integritatis sacrificium vendicent: En ille sanctus, sacerdotes vult etiam mortis periculum subire, opponendo se iis qui retrahunt homines vitam monasticam intire volentes.

epist. 38. S. Augustinus scribens ad Latum, quem mater impediēbat, ne vitam perfectiorem sequeretur, monet ut non curet. Quod eum decem mensibus portavit in utero, nec dolores parturitionis ac labores educationis, sed ut hunc affectum, alioquin matri debitum, interscietat verbo salutari, & perdat, ut in vitam aeternam inueniat eam: & ut id oderit in ea, si diligit illam, & si Christi tyro est.

ep. 1. ad Heliod. cap. 2. S. Hieronymus: Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparsa crine & scissis vestibus vbera, quibus te nutrebat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat, percalcato perge patre, sicis oculis ad vexillum Christi enola: solum pietatis genus est in hac re esse crudelem. Hunc locum S. Hieronymi citans S.

epist. 351. Bernardus confirmat Hugonem Nouitium qui in arate tenera factus fuit monachus, & addit: Fili ne sis ingratus beneficii Redemptoris, sed pone magis animum puerilem, magis autem paruulus esto matris: sed non sensu. Phreneticorum lachrymis ne mouearis, qui te plangunt de gehenna, filio factum filium Dei. Heu quam miseris tam dira cupiditas. Quis tam crudelis amor: que tam iniqua dilectio: nimirum eorum, qui sub pretextu vel amoris familiaris, vel amoris parentum, vel dilectionis eius qui vult mundanum statum deserere & Deo se in religione deuouere, illum à statu religioso vel minis vel blanditiis verborum retrahere conantur. Et alio in loco, S. Hieronymus: Si quis te corripit, quod sis Christiana, quod sis virgo, non cures, quod matrem deserens, ut in monasterio inter Virgines viueres: talis detrahitur, laus tua est: item crudelitas ista, pietas est: illum enim praesertim matri, quem praesertim iuberis & anime tuae. Et S. Malchum in eius vita laudat, quod inuitis parentibus, à quibus ad nuptias minis & blanditiis adigebatur ad monasterium se contulerit.

ep. 47. de vitando suspecto contuber. S. Chrysostomus alloquitur parentes: Etiam si nolueritis, filij si fuerint egregia virtute praediti, ad hanc peruenient Philosophiam monasticam, sempiternisque fruuntur, vos autem infinitos vobis cruciatus congeretis. Notanda est hæc S. Chrysostomi sententia terribilis, minans poenas inferni iis, qui alios retrahunt ab ingressu in Religionem, confirmat enim illam sententiam cuius meminit Suarez, esse peccatum mortale ex genere suo, impedire aliquem ne religionem ingrediatur, non tantum ratione intentionis, ut si fiat ex odio, & inuidia (quod est manifestum) sed etiam ex ipsa materia, quia est illud genus quoddam scandali. Nam scandalum non tantum est inducere proximum ad malum, sed etiam auertere illum à bono vel meliori, praesertim quando illud iam inchoauerat, vel in proposito habebat. Vel si quis nolit hoc vocare proprie scandalum, certe est quoddam opus

I. 3. cont. vituper. vit. mon. S. Chrysostomus alloquitur parentes: Etiam si nolueritis, filij si fuerint egregia virtute praediti, ad hanc peruenient Philosophiam monasticam, sempiternisque fruuntur, vos autem infinitos vobis cruciatus congeretis. Notanda est hæc S. Chrysostomi sententia terribilis, minans poenas inferni iis, qui alios retrahunt ab ingressu in Religionem, confirmat enim illam sententiam cuius meminit Suarez, esse peccatum mortale ex genere suo, impedire aliquem ne religionem ingrediatur, non tantum ratione intentionis, ut si fiat ex odio, & inuidia (quod est manifestum) sed etiam ex ipsa materia, quia est illud genus quoddam scandali. Nam scandalum non tantum est inducere proximum ad malum, sed etiam auertere illum à bono vel meliori, praesertim quando illud iam inchoauerat, vel in proposito habebat. Vel si quis nolit hoc vocare proprie scandalum, certe est quoddam opus

traet. 4. de Relig. l. 3. cap. 3. num. 12. S. Chrysostomus alloquitur parentes: Etiam si nolueritis, filij si fuerint egregia virtute praediti, ad hanc peruenient Philosophiam monasticam, sempiternisque fruuntur, vos autem infinitos vobis cruciatus congeretis. Notanda est hæc S. Chrysostomi sententia terribilis, minans poenas inferni iis, qui alios retrahunt ab ingressu in Religionem, confirmat enim illam sententiam cuius meminit Suarez, esse peccatum mortale ex genere suo, impedire aliquem ne religionem ingrediatur, non tantum ratione intentionis, ut si fiat ex odio, & inuidia (quod est manifestum) sed etiam ex ipsa materia, quia est illud genus quoddam scandali. Nam scandalum non tantum est inducere proximum ad malum, sed etiam auertere illum à bono vel meliori, praesertim quando illud iam inchoauerat, vel in proposito habebat. Vel si quis nolit hoc vocare proprie scandalum, certe est quoddam opus

inferens graue nocumentum proximo, quod licet non sit contra iustitiam, quia non fit iniurio, est tamen contra charitatem, inducere hominem in eam voluntatem, qua talis nocumentum causa est. Et confirmatur: nam inducere aliquem prauius consilij & precibus, ut dilapidet bona sua, graue peccatum est contra charitatem, quia est causa damni notabilis contra eandem virtutem. Et nu. 24. Suarez ex sua sententia loquens, ait, Eum qui per vim, vel dolum impedit ingressum vel professionem religionis, peccare mortaliter, & teneri ex iustitia ad tollendam vim, & ignorantiam, seu errorem: quia actio illa non solum est contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, saltem respectu personae, cui vis infertur, vel quae decipitur: (ut fit dum de aliqua Religione dicuntur res infamantes, siue verae, siue falsa, & similia, per quae animus volentis amplecti illam Religionem auertitur) respectu autem religionis erit etiam actio iniuriosa, si coactio fiat Praelato, ne talem personam recipiat, aut si per dolum & deceptionem Praelati idem fiat, (ut fit, dum falsa dicuntur, de volente ingredi religionem, quod sit ineptus, his & his vitis vel naturae defectibus laborans) Quia vnusquisque habet ius, ut per vim & fraudem euscunque factam, nemo impediat, ne sibi beneficium conferatur: ut si quis per violentiam impediatur, ne faciat eleemosynam pauperi, non solum pauperi, sed etiam diuiti iniuriam facit. Ita est in presenti. Quando enim praelatus Ordinis, per timorem grauem cogitur, ne aliquem admitat, huic fit grauis iniuria, quia per iniqua media & iniusta, iniuriam primatur magno bono: & conuerso, cum vis infertur personae (volenti Religionem ingredi) iniuria fit Religioni, quia impeditur progressus & augmentum eius. Item iniuriam priuatur vnusquisque libertate suae, per violentiam alteri factam, quod in quocumque humano contractu iniustum est. Atque idem est, de deceptione, in qua solet peculiaris iniuria interuenire, quia solet decipi vna pars, infamando aliam, quae est noua & directa iniuria. Hæc Suarez Doctor eximius, in omnibus Academicis Catholicis celeberrimus.

Sanctus quoque Bernardus scribens ad parentes nomine Heliae monachi, sola, inquit, causa, quæ non licet obedire parentibus, Deus est. Ipse enim dicit: qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Si verè me vt boni & pii parentes diligitis, quid me Patri omnium Deo placere satagentem inquietatis: & ab eius seruitio, cui seruire regnare est, retrahere tentatis: Verum nunc cognosco, quia inimicus hominis domestici eius. In hoc vobis obedire non debet, in hoc non agnosco vos parentes, sed hostes. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad meum atque vestrum: immò vnuerforum, Patrem: alioqui quid mihi & vobis? quid à vobis habeo nisi peccatum & miseriam: Hoc solum, quod gesto, corruptibile corpus, de vestro me habere fateor & agnosco. Non sufficit vobis, quod me in hanc seculi miseriam miserissimum induxistis: quod in peccato vestro & peccatore peccatorem genuistis: quod in peccato natum, de peccato nutritis: nisi etiam inuidendo mihi misericordiam, quam conse-

rant) tum vt certò assecurent suam æternam salutem, quæ Mat. 19, 29. cum centuplo in hac vitâ promissâ est ab æternâ veritate Christo, mundum relinquentibus; & diuitibus ab eodem expressa summa ad salutem consequendam difficultas, illis verbis terribilibus: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum calorûm. Et iterum dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum calorûm. Magis ergo Christo Domino credendum est, quàm retrahentibus ab ingressu in Religionem.

Matth. 19.
23. 24.

libr. 2. de
monach.
cap. 36.
§. Quarto
probat.

Denique, vt benè scriptit Bellarminus, Cui licet, vt inquit S. Ambrosius de virginitate, maritum eligere, cur non liceat Deum præferre? At licet filiis, parentibus iniuitis, matrimonium contrahere, cur non etiam liceat iisdem iniuitis continentiam profiteri: Præterea licet viro vxore iunã, ad religionem transire, quando matrimonium de presenti quidem contractum erat, sed nondum consummatum, vt habemus cap. Verrum; & cap. Ex publico de conuersione coniugatorum: Ergo multò magis licebit iniuiti patre. Præterea quilibet ingenuus post annos pubertatis, est iuris sui, quantum ad ea quæ ad personam & statum suum pertinent: in hoc enim differunt liberi à seruis. Denique magis obediendum est Deo quàm hominibus. Act. 5. Deus autem consulit perfectam vitam, Matth. 19. omnibus in genere; & in particulari internâ inspiratione vocat quosdam, ergo si parentes resistent audiendi non sunt. Hæc ad verbum Bellarminus, sed eadem est S. Thomæ & omnium Theologorum constans & communis sententiã, nullo repugnante. Quocirca ei filij & parentes Dei vocationi non resistent: illi, eam abiiciendo; hi, eius executionem impediendo: Christus enim Dominus contra tales terribile edidit decretum: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, (ob amorem parentum non amplectendo statum religiosum) non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, (impediendo ne de Dei obsequio in statu religioso consecret) non est me dignus. Decet ergo ob Dei amorem calcate omnia, vt Dei voluntati pareant, qui ad statum religiosum vocantur: & sibi dictum putent illud Deut. 33, 9. Qui dixit patri suo & matri suæ, Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro illos, & nescierunt filios suos; hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Oportet enim, vt dicitur Act. 9. 29. Deo potius obedire quàm hominibus. Hoc Christus D. præ dixit fore: Nolite

Matth.
10. 37.

Matth. 18.
34. 35.

libr. 2. de
monach.
cap. 36.

arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius. Quod autem hic à me dictum est, licere filiis ingredi religionem iniuitis parentibus, sic intelligendum est (vt præter alios docet Bellarminus) duabus seruatis conditionibus: vnâ, quod ad annos pubertatis peruenerint. Porro pubertas est in viris anno 14. vt habemus cap. 1. de regularibus in sexto: in feminis anno 12. vt habemus 6an. Puella. 20. q. 2. Altera conditio est, vt parentes non

sint in tali necessitate, vt sine filiorum auxilio viuere non possint. Tunc enim tenetur ex præcepto Dei, parentibus adesse. Quanta autem esse debeat parentum necessitas, ob quam subleuandam filij possint arceri vel differri ab ingressu in Religionem, optimè post S. Thomam cum aliis Theologis declarat Suarez: Nam propter leuem & communem necessitatē nunquàm obligatur filius vt omittat vel differat religionis ingressum; sed quando est pater in extrema necessitate, id est, quando est in eovita discrimine, vt nisi patri subueniat, moraliter certafit mors, aut grauissimum periculum eius, vel quando est in graui necessitate, quæ dicitur, dum vita hæc sustentari non potest, nisi cum magna penuriã, indigentia, ac difficultate, vel cum magno dedecore, vel notabiliter cadendo à proprio statu, vel exercendo opus alienum à qualitate & conditione talis personæ: vt, si necessarium esset parentibus mendicare, vel seruire aliis cum magno dedecore contra conditionem suarum personarum, vel si cogantur nimirum affligi, aut incarcerationi propter debita, vel pati agritudinem, famem, nuditatem, frigus & similia. Duo autem ad hanc obligationem necessaria sunt: Vnum, vt filius manendo in saculo possit illi necessitati subuenire, eiusque rei moralem seu probabilem spem habeat, quia nemo ad impossibile obligatur, neque ad aliquid frustra faciendum. Filius etiam si longè distaret à patre, quem sciret esse in extrema necessitate, si non speraret illum peruenire, eo tempore quo posset illi succurrere, sine dubio non obligaretur illuc tendere; sic si filius ex suã presentia fructum non sperat, (vti est, quando ipse filius nihil habet quo patri subueniat, & potius ipse indiget pro se subuentione alterius seruando alteri) nec remedium paternæ necessitatis, non tenetur illuc discedere cum magno detrimento, nec magnum donum religioni mittere. Neque ad talem obligationem sufficit, quod pater magno dolore aut desolatione afficiendus sit: nam hi effectus non augent per se necessitatē, aut obligationē, nisi forte probabiliter timeretur inde magna morbi acceleratio, nam tunc iam posset filius huic malo subuenire, vel potius illud præuenire, differendo ingressum. Secundum requisitum ad hanc obligationē est, vt filius sit necessarius patri in huiusmodi necessitate cõsistuto. Nam si vel alios filios pater habeat, qui eum sint sustentaturi, vel aliam viam & rationem, quã suã necessitati consulere possit, restẽ poterit alius filius religionē ingredi, non obstante tali necessitate patris. Atque hoc sæpius reperit S. Tho. 2. 2. q. 101. a. 4. & ita exponit factum Christi Matth. 8. & Luc. 9. qui non permisit quandam differre suam conuersionem ad statum perfectionis, propter cuiusdam patris sepulturam, quia erant alij, inquit S. Thomæ per quos poterat illud opus complere, si de solo sinner, vt verba sonant, & S. Chrysostronus exponit, intelligatur: vel, iuxta expositionem S. Cyrilli, erant alij, à quibus pater iam senex posset vsque ad sepulturam sustentari. Deinde si filius sufficienter possit subuenire parenti in tali necessitate constituto, etiam si religionem ingrediatur, nimirum dando illi bona quæ habet, vel per amicos succurrendis, vel per aliam diligentiam, quam in religione existens

potest

2. 1. q. 101.

2. 4. 4.

Tom. 3.

de Relig.

1. 5. c. 5. nu.

2. 3. 4. 9.

Sylu. V.

Religio

2. q. 7.

Angel. V.

Religio

numer. 11.

Alenf. 3.

p. q. 31.

Nau. in

sum. c. 14.

num. 14.

Gerlon.

Lyraus.

potest exhibere, in eo casu non tenebitur ingressum dis-
ferre, quia iam respectu illius cessat vera necessitas talis
medij, & consequenter cessat etiam obligatio. Verum-
tamen hæc obligatio parentibus subnuntiandi in extre-
ma necessitate constitutis, non est extendenda ad anum
nepotis, vel filios ad alios consanguineos, neque etiam
ad alios non consanguineos. Hæc Suarez.

Qui ergo in tali necessitate non sunt con-
stituti, filios non impediunt ad statum religio-
sum aspirantes, nec alij alios. Ponderent illud
S. Chrysostomi monitum relictum l. 3. aduersus
vituperatores vitæ monasticæ. Non omnes qui-
dem qui matrimonij vinculis ascripti sunt, peribunt, sed
maioribus, vt saluari possint, laboribus eisdem opus est,
ob imminens necessitatem. Nam eo qui ligatus fue-
rit (vti sunt omnes seculares) is qui solutus est, (vti
est quis religiofus) facilius longè & expeditius
curret. Nam ergo maiore ille idcirco mercede donabi-
tur illis fratribus que coronis. Minime verò sibi enim il-
le hanc necessitatem conscit, cum liceret effugere, si
vellet. Quocirca faciliorem percurramus viam, libe-
rosque nostros ad eam pertrahamus, (& alios) non il-
los demergamus, neque ad vitiorum prærupta, hostium
immaniumque Barbarorum vice præcipitemus. Hæc
enim si quis alius facere tentaret, non esset adeo horrendam
& execrandum, at verò cum parentes ipsi, qui se-
cularium rerum omnium periculum fecerunt, qui re-
bus ipsis quam sit frivola & nulla vitæ mortalis volu-
ptas didicerunt, adeo insaniant, vt alios quoque ad eam
iplam trahere nitantur, quia ipsi iam frui per eam
prohibentur: cumque seipfos ex his, quæ ante peccauer-
unt, infelices & miseros agnoscere & dicere deberent,
alios in eadem miseria precipitant: atque ista cum
iam mors vicina est, & iudicia horrendique illi cru-
ciatur, quænam excusatio relinquitur, quæ venia, quæ
misericordia? Neque enim suorum tantum peccatorum
pœnas dabunt, sed eorum quoque quæ filij peccarunt.

Tertiò alij retrahunt à religione, eam ample-
cti cupientes, prætextu iuandæ patriæ & Reipublicæ,
quam aiunt spoliari personis excellen-
tibus, dum selecti quique statui se religiofo deu-
ouent, qui possent cum dignitate Rempublicam
consilij, opibus, muniis præstantibus iuare,
& suâ industriâ ac potentiâ ab hostibus patri-
æ tueri monasteria & Ecclesias ac Clerum
vniuersum. Vnde prudenter videtur statuisse
Mauritius Imperator, ne milites ad monasti-
cum statum repudiata militiâ, se transferrent.
Quocirca & S. Gregorius Papa hoc Imperatoris
edictum promulgauit.

273. Talia dicentibus respondendum est, in primis, hanc
Mauritij legem, fuisse iniuam, primùm à Iulia-
no Apostata, Dei & Ecclesiæ hoste, latam, & à S.
Gregorio Papâ improbatam, & non promul-
gatam illâ verborum formulâ, quâ missa erat à
Mauritio, sed correctâ, modo infra referendo.
Huius rei testis est epistola S. Gregorij Papæ sic
reprehendentis Mauritium ob hanc legem. In
qua epistola, id quod dicit S. Papa de militibus,
& de facto Mauritij, sibi scriptum putent ij, qui

impediunt alios à religiofo statu, sub prætextu
iuandæ Reipublicæ. Eadem enim est culpa in
iis, quæ fuit in Mauritio, quem sic alloquitur
per literas doctissimus & sanctissimus S. Eccle-
siæ Doctor: Hanc, inquit, Constitutionem ego, fa-
teor, vehementer expaui: quia per eam colorum via
multis clauditur, & quod nunc vsque licuit, ne liceas
prohibetur. Multi enim sunt, qui possunt religiosam vi-
tam etiam cum seculari habitu ducere. Et plerique
sunt, qui nisi omnia reliquerint, saluari apud Deum
nullatenus possunt. Quia ergo contra auctorem om-
nium Deum hanc intendere Constitutionem sentio,
tacere non possum. Ad hoc enim potestas Dominorum
cælestis data est super omnes homines, vt qui bona ap-
petunt, adiuuentur; vt colorum via latius pateat. vt
terrestre regnum cælesti regno famuletur. Sed ecce a-
perta voce dicitur, (scilicet in lege Mauritij) vt ei
qui semel in terrenâ militiâ signatus fuerit, nisi aut
expletâ militiâ, aut pro debilitate corporis repulsus,
D.N. Iesu Christo militare non liceat. Ad hæc ecce per
merespondebit Christus dicens: (Mauritio) Ego te de
Notario Comitum excubitorum, de Comite excubito-
rum, Casarem, & de Casare Imperatorem, nec solùm
hoc, sed etiam Patrem Imperatorum feci: ego sacerdo-
tes meos tuæ manû commisi, & tu, à meo seruitio mi-
lites tuos subtrahis? Responde, rogo, quid venienti
& hæc dicenti responsurus es in iudicio Domino tuo? sed
fortasse creditur, quia nullus eorum puro animo con-
uertatur. Ego verò scio, quanti his diebus meis, in mo-
nasterio milites conuersi, miracula fecerunt, signa &
virtutes operati sunt. Sed per hanc legem iam, ne quis-
quam talium conuerti valeat, prohibetur. Requirit,
rogo, quis prior Imperatorum talem legem dederit, &
subtilis astimer, si debuit dari. Innuit hic S. Grego-
rius, similem legem olim fuisse latam ab impio
Iuliano Apostata ethnico, hoste crudelissimo
Christi Ecclesiæ, vt disertè S. Gregorius scribit
ad Theodorum Mauritij medicum; monens
illum, vt Mauritio dissuadeat executionem le-
gis iniquæ, & hoc exemplo terret Mauritium,
ne impium Apostatam Deo aduersum mite-
tur. Deinde pergit: Et quidem considerandum valdè
est, quia eo iam tempore prohibentur quique relinquere
seculum, quo appropinquat finis ipse seculorum. Ecce
enim mora non erit, & ardente celo, ardente terrâ,
coruscantibus elementis, cum Angelis & Archangelis,
cum Thronis & Dominationibus, & Principibus &
Potestatibus, tremendus Iudex apparebit. Si omnia pec-
cata dimiseris, & solam hanc legem contra se dixeris
esse prolatam, qua rogo, erit excusatio? Ita hic S. Do-
ctor, ob solam hanc legem Mauritium indicat
damnatum ita ad pœnas inferni, ni eam reuo-
cet. Deinde subdit hoc ipsum confirmans, & o-
stendens alia eius opera bona præterita in Dei
iudicio eum à damnatione non liberatura, nisi
legem illam abroget. Vnde, inquit, per eundem
tremendum Iudicem deprecor, ne ille tanta lachryma,
santa oratione, tanta seiuia, tantæque elemosina
Domini mei, ex qualibet occasione, apud Omnipotentis
Dei oculos susceatur, sed aut temperando pietas vestra,
aut

h. 2. ep. 62.
Indict. 11.

Greg. l. 2.
epist. 65.
Ind. 11.

aut immutando, vigorem eius legis inflectat: quia tunc magis Dominorum exercitus contra hostes creuit, quāto Dei exercitus ad orationem creuerit. Nimirum, crescente religiosorum numero, crescit eorum oratio pro bella iusta gerentibus, vt victoriam de hostibus obtineant. Vnde in alterā epistolā ad Theodorum medicum Mauritij, hoc ipsum repetens scribit: Numquid per virtutem militum subiugant ei Omnipotens Deus Imperium Persarum? Nunquid non sole lachryma illius audite sunt? & eorum digne, quem ipse nesciuit (scilicet à religiosis in eorum domiciliis fulā cum precibus ad Deum) eius Imperio Regnum Persarum subdidit.

Porro S. Gregor. exitiale venenum legis Mauritiana, vt loquitur Baronius, mutauit in antidotum, mittens edictum Mauritij à se correctum, dum qui non recipendi essent in monasteriū, quāto non reiciendi, salubri definitione constituit, missā epistolā ad Metropolitanos nobilium ciuitatum Antislites, tum in Oriente tum in Italia & in Insulis constitutos. In quā, inter alia sic constituit: Qui ex militaribus viri in monasteriis conuerti festinant, non sunt temerē suscipiendi, nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo habitu per triennium probari, & tunc monachicum habitū, Deo auctore, suscipere. Itaque suscipere eos iubet, sed ad professionem & habitum monasticum vetat recipere.

Hoc imitatur Societas nostra, quae nullum ad professionem admittit, nisi post tres annos probationis exactos. Non fauet ergo lex impia Mauritij & factum S. Gregorij iis qui retrahunt alios ad statum religiosum aspirantes, sed eos in iudicio Dei tremendo condemnandos indicat. Deinde dicendum est istis, magis Reipub. quāto Deo fauentibus (siquidem ab eius obsequiis retrahunt ob suae familiae vel Reipublicae amorem, vocatos à Deo ad statum religiosum ne scilicet Respub. vel eorum familia intereat) esse similes iis, qui olim retrahabant homines à vita caelibe, metuentes ne orbis terrarum incolis exhauriretur, si omnes caelibes viderent. Et quod iis obiecerit SS. Patres, hoc sibi in re simili dictum ab iisdem SS. Patribus putent: *Vitam*, inquit S. Augustinus, hoc omnes vellent, multo citius Dei ciuitas (id est, caelum, praedestinat) completeretur, & acceleraretur terminus saeculi.

Praeterea graue imminet iudicium Dei, quādoque etiam in hac vita demonstratum, contra impediētes ingressum in religionem. Terribile est huius rei exemplum in lege veteri, in re multo minore diuinitus ostensum. Cū enim duo filij sacerdotis Heli retraherent homines à sacrificio Domini, non quidem directè impediendo ne sacrificarent, sed exigendo à sacrificaturis carnem crudam, & nolendo comedere carnem coctam iuxta ritum sacrificij, quod eis hecebat, ait S. Scriptura, illud peccatum puero- rum Heli fuisse grande nimis coram Domino, quia retrahabant homines à sacrificio Domini. Quocirca

ob hoc peccatum per Samuelem Prophetam adhuc septennem, iratus maxime Deus, iussit dici sacerdoti Heli Patri horum puero- rum: *Iudicabo domum Heli in aeternum, propter iniquitatem suam quod nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos. Ideirò iurauit domus Heli, quod non exiabitur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsque in aeternum.*

Quapropter ob hoc scelus retrahendi homines à sacrificio Domini, paulò post filij Heli Ophni & Phinées occisifunt, cum multis alijs, vt obseruauit B. Petrus Damiani: & ipse Heli audita morte filiorum suorum, & captā Arcā Dei, cecidit de sella retrorsum, & fractis cervicibus mortuus est.

Quo loco notanda sunt aliqua: *Primum*, quāuis Heli filios suos mouerit, ne illa facerent quae retrahabant homines à sacrificio Domini, dixit enim iis: *Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio ab omni populo, res pessimas? Nolite filij meos, non enim est bona fama, quam ego audio &c.* Deus tamen capite sequenti, minas domui Heli intentans dixit: *Heli non corripuisse filios, nisi nosset eos indignè agere.* Nimirum quia non tam grauitè, vt oportebat, corripuit eos. Debuerat enim eos flagellare, domo pellere, haereditate priuare, vt docent sancti Patres.

Secundò notandum est, hanc solam omissionem leuetioris correptionis filiorum, fuisse causam, vt Heli damnatum esse & reprobatum allegerant SS. Patres, & alij grauissimi authores, quamuis antea sanctè vixerit, & pro tali laudatus & habitus fuerit à SS. Hieronymo, Gregorio, Chrysothomo, Basilio, qui duo vltimi, praeter hanc solam omissionem correctionis maioris filiorum, putant illum in torā vitā suā nil habuisse, quod illi Deus crimini daret.

Tertiò praeter mortem temporalem filiorum Heli retrahentium alios à sacrificio Domini, aeternā quoque morte eos punitos esse, ait S. Ephraim in libro qui inscribitur, *Confessio* & sui ipsius reprehensio. Idemque scripsisse S. Antiochum h. 114. & S. Chrysothomum l. 3. cont. vitup. vitae monast. ait Mendoza tom. 2. in 1. l. Reg. c. 4. f. 11. nu. 24. Si enim Heli pater eorum damnatus est in aeternum, à fortiori id de filiis existimandum est, quorum peccatum fuit grauius, audacia proiectior, licentia effrenatior. Atqui multò grauius peccatum est eorum, qui alios retrahunt ab amplectendo statu religioso quāto fuerit peccatum Heli & eius filiorum retrahentium à sacrificio illo: (vt iam ostendam) proinde videant qui retrahunt alios ab ingressu Religionis, quāto grauitè peccent, & quales penas mereantur.

Quod enim peius sit retrahere homines à statu religioso, quāto à sacrificijs Moisaicis; *Primo* patet, quia status religiosus est status perfectionis, à Christo institutus verbo & exemplo, vt docent Theologi, in quo per vota &

1. ep. 65.
Indict. 11.

tom. 8. A.
593. num.
20. 21.

1. 7. ep. 11.
Indict. 1.

Aug. l. de
bono
coniug.
cap. 10.

27. 4.
Chr. l. de
virgin.
cap. 15.
Hier. l. 1.
Cont. Iou.
iuni.

1. Reg. 2.
17.

professionem emissam, religiosi consequuntur remissionem omnium peccatorum, ac si essent baptizati, ut supra ostendi ex SS. Patribus & Theologis & Canonistis & historiis Ecclesiasticis.

Secundò, quia status religiosus certam habet promissionem salutis & æternæ vitæ, à Christo factam in Evangelio, & in ultimo iudicio, iudicium potestatem alios cum Christo iudicandi, more Assessorum, in terris cum Regibus alios reos iudicantium. Idem habet ibidem promissionem *thesaurum in celo*, non qualemcumque gloriam, & alia bona supra à me explicata. Nihil autem horum habent sacrificia Mosaica. Ideò qui retrahit alios ab ingressu in Religionem, magis peccat & maiores pœnas meretur, quàm meriti sint filij Heli, quia retrahabant homines à sacrificiis Mosaicis.

Tertiò, quia status religiosus est schola virtutum omnium, in quâ perfectissimi & sanctissimi multi, etiam ij qui antea scelesti erant, evadunt, ut patet experientiâ, & historiâ Ecclesiasticâ demonstrant. At sacrificia Mosaica ex se nil horum præstabant. Ideò meritò S. Paulus de iis disserens ait: *numera illa & hostias, quæ in lege veteri offerebantur, non potuisse iuxta conscientiam perfectum facere servientem.* Et alio in loco, legem veterem dicit *suis hostiis, quas offerebat indignem, nunquam potuisse accedentes perfectos facere.* Quocirca meritò legis veteris sacrificia, appellat *infirma & egena elementa*: & alibi: *ymbram futurorum honorum.* Proinde grauius peccat, qui retrahit homines à statu religioso ineundo, quàm filij Heli peccarint carnem crudam potentes à sacrificiis, loco carnis coctæ in sacrificio coquendæ. Ideò considerent, an non magis peccent, & non maiores mereantur quàm sint inficitæ à Deo filij Heli, & in hac, & in alterâ vitâ.

Nolo commemorare alia exempla, quæ meâ ætate & memoriâ contigerunt, recensebo aliquot antiqua, ut quantum in me erit, aperiam oculis iis, qui ob se, alia vel Reipub. amorem, impediunt alios ne fiant Religiosi. In primis occurrit mihi exemplum terribile infelicissimæ mortis Mauritij Imperatoris, qui lege latâ venterat ne milites reciperentur ad statum Religiosum. Nam, non casu, sed post illam impiam legem latam, ut prædixerat quidam monachus, teste Cedreno, & id fore Deus revelauerat in quodam monasterio S. Theodoro Siceota, occisus est, cum filiis suis, & quidem ante oculos suos, & cum fratre eius, & cum multis Proceribus, qui ei adhererent. Quorum omnium capita abscissa delata in campum, iuxta tribunal, ad scortorem vsque ibi permanserunt, donec Phocas in Imperio successor, licentiam eae auferendi atque sepulturæ mandandi concessit. Et cum Theodosius Mauritij filius, iam coronatus, tunc temporis abfuisset, à Patre aliò ablegatus, postea neci traditus est. Coniunx quoque

Mauritij & filiarum virgines, postea necatæ sunt. Ita Deus puniuit retrahentem à filiorum Deo domiciliis, non ipsum tantum, sed & filios & filias, & coniugem, & illi adherentes, quamuis antea multis piis & præclaris facinoribus esset illustris. Et, ut appareant iusta iudicia Dei, à Phoca milite occisus est, postea suo in Imperio successore: ut qui iniurius militibus fuit, arcens eos à statu religioso, qui est Christi militia, militari manu necaretur cum suis. Sic & Iulianus Apostata, qui prior similem legem statuerat, diuinitus in infelici prælio occisus est à duobus sanctis militibus Martyribus Mercurio & Nicephoro. Ita Deus per viuentes milites, & triumphantes in celo, puniuit iniquos legum latores, qui conati sunt arcere milites seculi à religioso statu & Christi militia.

Adfert alia exempla ac Sanctorum de hac re dicta noster P. Hieronymus Platus vir sanctus & doctus, quæ Romæ bis, & sæpè alibi, impressit in aureis libris de bono status religioso, non sine singulari Spiritus S. illustratione & auxilio conscriptis: *Quid grauius*, inquit, *ad hos deterrendos dici potest, quàm hoc* *vel scientes, vel nescientes, re ipsâ tamen belium. ntra Deum ipsum suscipiunt, tum impium, tum verum, quod necesse est, in ipsis valde funestum: Certè enim diuinum consilium impugnare, idque destruere quod ille adificauit, & spargere quos congregauit, militesque, quos ad suum vexillum vocat, dissipare, nihil est aliud, quàm conspirare cum demone, & cum Deo bellare: quod, ut dixi, tum maximum est peccatum, tum is qui id audeant, sine vllâ dubitatione damnosissimum. Itaque sapientissimè etiam Deus iram suam in huiusmodi culpâ euidentibus supplicii demonstrauit.*

Pontianus seruus hominis feri ac barbari cum, ut *Vir. Patr. narrat Gregorius Turonensis, diuinâ charitate incensus, cap. 5. ad monasterium profugisset, herusque illi repetendo instaret, nec negari posset rem suam exigenti, repente excæcatus est. Itaque statim penitentiam percussus, vimque numinis agnoscens, haud grauatè consentit, ut in Dei obsequio remaneret. Neque tamen lumen ante recepit, quàm ei Pontianus manus imposuit, ut eò manifestis cæcitatibus causa appareret. Atque ut dixi, hic iustum & equum postulabat. Est enim tum S. Thomæ, tum Theologorum omnium sententia, seruum alteri mancipatum inuito subtrahi non posse, quinimò ipsum professionis vinculum irritum ac nullum esse, quod in alio omnibus ita validum & sanctum est. Sed si in mancipio repositendo ad eò offensus est Deus, eamque offensam tali penâ declarauit, quomodo non multò magis offenderetur, impediendo, vel cognato, vel fratre, vel etiam filio, in què pater, quod ad hoc attinet, nihil omnino iuris habet.*

Ambrosius, tantus auctor, puellam commemorat *1. de Virg. ad huc viuentem, cum ipse hoc scriberet, nobilem, ut idem ait, seculo, postea multò nobilitorem Deo, quæ cum religiose vitæ amore ad altare confugisset, instarent quo propinqui, & sponsum offerendo, & diuitiarum commoda proponendo, illa semper constans & innicta persisterat. At cum vnus præfractis virgens dixisset, quid?*

si pater tuus viveret, ante inuictam viuere pateretur: respondisse eam: Et ideo fortasse mortuus est, ne impedire posset. Neque verò multum temporis intercessisse, cum hic, qui ita instabat, morte sublatus est, tamque persuasum fuisse omnibus, ob hanc causam esse sublatum, ut ceteri idem sibi quisque metuentes fauere caperint, qui antea tantoperè repugnabant.

epist. 7.

Sed illud terribile, quod Hieronymus his ipsis verbis commemorat in Epistola ad Latam: Prætaxata inquit, nobilissima quondam femina, iubente viro Hymetto, qui patrum Euflochij virginis fuit, habitum eius cultumque mutauit, & neglectum crimen mundano more pexuit. ymcerere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium. Et ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Angelum terribili voce mimitantem pœnas. & hac verba frangentem. Tunc ausa es viri imperium præferre Christo: Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis atrectare manibus: quæ iam nunc ardescit, ut sentias excruciatâ, quid feceris, & finito mense quinto ad inferna duceris. Sin autem perseveraueris in scelere, & marito simul orbaberis & filiis. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram misera penitentiam velox signauit interitus. Sic vlciscitur Christus violatores templi sui: sic gemmas, & pretiosissima ornamenta defendit. Hæc Hieronymus. Possent autem alia afferri, etiam recentia: verum quidnam grauius aut grauiori auctore producat, quam hoc, quod modo diximus? Quare hoc positum sit, hoc peccati genus à Deo acerbis, ac presentibus ferme supplicii semper vindicatum esse, ut in eo quoque extet illud Apostoli Pauli: Siquis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus: quod si in lapideum templum conuenit, quanto magis in animam ipsam, quæ & sanctius templum est, & Deo longè charius: Itaque si id faciunt parentes, propterea quod filios suos diligant, si que carere durum putent, hoc cogitare debent, nullâ re se eis, quos tantoperè diligunt, magis nocere posse, atque ideo non eum esse amorem, sed summum odium. Sin autem ob suum quoque commodum, aut solatium id faciunt, tamen hoc ipsum timendum est eis; ne & Deum offendant, & simul id, quod querunt, solatium vel vtilitatem non consequantur.

ad Goffridum.

Neque verò mirabimur tam seueris pœnis hoc à Deo scelus vindicari, si eius grauitatem attendamus; de qua rectè Anselmus in Epistola quadam, si inquit, qui separat pretiosum à vili, nempe animam à seculo, erit tantquam os Dei, ille cuius os, & manus extrahat animam adhaerentem Deo ad seculum, quid erit? Nonne super eum cadit quod Dominus dicit: Qui non colligit mecum, dispergit. & qui non est mecum, contra me est?

Hierem. 15. Luc. 11. 1.3. cont. vitup. vit. monast.

Gravissimè autem Chrysostomus factum hoc exaggerans, quàm multa peccata in vno hoc peccato continentur, ita colligit: Nam primus malitia & improbitatis gradus est, iumenta & pecora ipsa inimicorum errantia, vel lapsa negligere, quod lege diuinâ prohibebatur. Secundus & maior inimicis ipsis, si quâ re egeant, non subuenire. Tertius, proximos ignotos aspernari. Quartus, despiciere familiares. Quintus, non solum corpora, sed animas etiam fratrum pereuntes negligere. Septimus, nec eos per se curare, nec alios, qui curent,

comparare. Octauus, prohibere in super eos, qui sponte iuuare illos velint. Nonus, non modo eos à salute accere, sed etiam eorum salutem vltro oppugnare.

Postremo multum etiam valent, quæ à Chrysostomo, 1.3. cont. vitup. vit. monast. modo de hac ipsa re tractantur: cum tam multa faciant, & perferant homines, vt filii suis thesaurizent eis que quam amplissimas opes relinquunt, non posse eos ditiores ac locupletiores relinquere, quàm si verè pietatis ac religionis studiosos efficiant: quoniam hæc diuitia & in viâ, & post mortem firmè stabileque permaneant, & possessores suos, tutos inuolatosque conseruent. Deinde tum quemque maxime, & verissimè filios suos habere, cum eos Domino tradiderit: quoniam multo eos ille melius salubrisque moderabitur ac reget, maioremque illorum curam geret. Itaque si qui ex paternâ domo à Principe aliquo abducti, & alicui muneris præfecti fuerint, illustrioris sunt, quàm si domi conseruissent, ipsique parentibus & gaudio, quàm magis hoc eueniet iis, quos Deus ad suum seruitium euocat: Debere ergo parentes permittere, vt filij sui in celesti ministerio famulentur, non in templum eos introducentes, vt Anna Samuelem, sed in ipsum celum cum Angelis, diuino ministerio dedicandos: religiosos enim vnâ cum Angelis Deo ministrare. Ex quo etiam illud sequatur, vt multo magis ad parentum suorum gloriam & felicitatem conseruant, quàm si in seculo permanerint. Hæc Chrysostomus, & verè. Si enim esset in Christianis ea fides, & id lumen, quod ipsum Christiani nomen proficitur, non modo non lugere deberent, sed tum sibi, tum filio gratulari, quem Deus suo dignetur famulatu, cui videbunt seruire verius regnare est.

Nam quid in hoc plura dicamus? Aegyptij olim, quoniam crocodilum pro Deo venerabantur, si ita contigisset, vt liberorum quispiam à crocodilo deuoraretur, nefas esse putabant lachrymam mittere, quin etiam magno gaudio efferri consueuerant, eumque diem festum agere, tanquam in eo magnum beneficium accepissent. Quanta est igitur Christiani illius cecitas, qui doleat de filio ad Dei viui & veri obsequium euocato, cum præsertim non ad mortem, & mortem ad eum miseram, sed ad vitam, & iucundioram vitam euocatur?

Quamobrem iusta & salubris est illa S. Basilij admonitio. Cum, inquit, tam eximia præmia iis proposita sint, qui Christi militiam sequuti fuerint, libenti animo patres filios suos, & matres filias suas ad eum venire patiantur, prolemque ipsi suam ad eum alacriter adducant, lætoque eos faciat spes bonorum immortalium, quorum vnâ cum liberis suis futuri sunt participes, eoque apud Deum patronos habere studeant. Caueamus, quaeso, ne nimis angustum animum in hac importunâ filiorum charitate præ nobis feramus, neque nos terreat labores, ad quos ire videntur: sed gaudeamus potius, quod tam magnam gloriam sint inuenturi. Offeramus Deo quod ab ipso accepimus, vt in laudis ac gloria filiorum nostrorum societatem ipsi quoque veniamus, nos ipsos vnâ cum illis offerendo, simulque exhibendo. Quis enim hanc animi alacritatem offenserint, atque hoc modo fortiter perseverauerint, iis antè conueniet illud ex Psalmis: Benedixi vos à Domino, qui fecit celum & terram: & quemadmodum Moyses, orabunt, pro eis dicentes:

præfat. in Ascet.

cedentes: Benedic Domine operibus illorum, frange supercilium eorum, qui resisterunt tuis.

Denique conferendus est, Deus vocans ad religionem, cum familiâ vel Repub. ob quam iuuandam aliqui retrahunt eos qui volunt seculo relicto fieri religiosi. An non indigna res est Christiano homini, immo ethnico & infideli ut magis velit habere rationem suæ familiæ & Reipublicæ, quàm Dei? Qui enim vult bono fine pro salute animæ suæ, ut eam securius in religione assequatur, & maiorem in cælis gloriâ per vitam in terris sanctiorem adipiscatur, vel ut satisfaciat pro peccatis commisis, vitam secularem repudiare, & religiosam amplecti, non nisi Deo vocante id vult exequi, (ut paulò post ostendam clarius) Natura enim nostra ad id non potest impellere, nec dæmon, ut supra ostensum est num. 8. 9. 230. proinde à solo Deo siue immediate, siue per homines id proficisci potest. Quocirca, sicut is grauius Regem offenderet, qui retraheret eum ab obsequiis Regis, ad quæ eum Rex nominatim vocaret, ita qui retrahit alium vocatum à Deo ad statum religiosum amplectendum, in Deum iniurius est: ideoque tales, ut vidimus, quandoque, ad terrorem aliorum, seueris Dei poenis plectuntur. Deinde etiam si non vocaretur à Deo aliquis ad statum religiosum, (quod fieri non potest) sed sponte suâ illum preñaret, nequaquam à parentibus & amicis impediri deberet, prætextu iuuandæ familiæ & Reipub. Audiamus S. Chrysostomum hac de re differentem: *Perquam iniquum & indignum est, inquit, si filium tuum (non vocatum) ad Regiam & ad Regem introducens, ut ipsum familiarissimum Regi charissimumque constituas, omnia & facis & pateris, cunctaque moliris, nihil penitus dum id assequaris omittens aut subterfugens, non sumptus, non pericula, non vlla incommoda, non mortem ipsam demique, celestis verò militia, celestiumque munerum optione propositâ, non doleas, neque lamenteris, si extremum sortiatur locum, si que omnium nouissimus? Prudenter id dixit S. Chrysostomus, & ad rem nostram accommodatè. Nâ si parentes, Rege non inuitante, optant suos filios & cognatos adfisci in Regiorum famulorum album, spe diuitiarum & honorum filiis & cognatis conferendorum allecti, ut plurimum incertorum, & non optato successu conclusorum, quanto magis debent filios & cognatos, etiam si non vocarentur à Deo, inducere & impellere suauiter, sine violentiâ, ut Deo in statu religioso seruiant, qui certas habet Dei promissiones à Deo in Euangelio authenticè inscriptas, & thesauri acquirendi in cælo, & centupli in hac vitâ, & iudiciariæ potestatis extremo tremendi iudicij die: præter multa alia bona & commoda vitæ religiosæ, in hoc Opusculo à me recensita, & melius explicata à nostro P. Hieronymo Plato tribus libris de bono status religiosi: Quæ bona, multò sunt maiora*

& certiora & diuturniora, quippe æterna, quàm omnes honores, diuitiæ & dignitates in Republica, etiam, quàm ipsi throni, sceptrâ, & coronæ Regum. Idèò prudenter fecerunt illi à S. Augustino commemorati l. 1. Confess. c. 6. cum in Imperatoris Aulâ sublimem tenerent locum, lectâ S. Antonij eremitæ vitâ ad seculo renunciandum moti, subitò, & sui Principis gratiam, & sponas quas recens duxerant, & quicquid in mundo habebant, reliquerunt, sic secum differentes, teste S. Augustino: *Dic queso te, inquit, omnibus istis laboribus nostris, quòd ambimus peruenire? Quid querimus? cuius rei causâ militamus? Maior ne esse poterit spes nostra in palatio, quàm ut amici Imperatoris simus? Et quid ibi non fragile, plenumque periculum? Et per quor pericula peruenitur ad grandis periculum? Et quamdiu istud erit? Amicus autem Dei, si voluero, ecce nunc fio.*

Qui ergo mauult suum filium vel cognatum, vel amicum, potius seruire Reipub. in statu seculari, quàm Deo in statu religioso, ostendit factis, se magis amare creaturas quàm Deum, & se pluris aestimare honores & thesauros seculi, quàm honores & thesauros Dei, quos in cælo promisit, solis relinquentibus seculum, Matth. 19. 22. quorum tunc non erat capax adolescens ille diues, etsi omnia præcepta Dei custodiuerit à iuuentute suâ (quod nunc in patris apparet) & idèò amatus fuit à Christo Mar. 10. 21. tamen, cum dixisset Christo Domino: *Quid adhuc mihi deest? At illi Iesus: si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me.* Atque hoc Christi responsum auditum à S. Antonio in templo, eum mouit, ut adolescens adhuc, tanquàm sibi dictum esset, sic Christo Domino obtemperandum existimaret, ut statim venditâ re familiari, pecuniam omnem pauperibus distribuerit, & in eremum, vitam religiosam inchoaturus, secesserit, teste S. Athanasio eius familiaris, in eius Vitâ.

Mirum ergo non est, olim & Imperatores, & Reges, & Principes, & Duces & omnis generis vitos in Repub. illustrissimos, post degustatos seculi honores, & delicias, in summâ seculari felicitate constitutos, ferè in omnibus nationibus, renunciaisse seculo, & vitam pauperem & abiectam in statu religioso esse amplexos. Non est cur eos recenseam, quia sat noti sunt, & in historiis Ecclesiasticis celebrati, & videri possunt apud Patrem Platum, & in historiis Religiosorum Ordinum, præsertim S. Dominici & S. Francisci. Quod euident argumentum est, feliciorè esse statum religiosum, quàm secularem, etiam excelssimum, cum hunc illo contempto amplexi sint. Experti sunt enim idem, quod Rex Salomon cunctis Regibus ditior, & humanâ felicitate felicior, propriâ edoctus experientiâ, dixit: *Magnificauit opera mea, adificauit mihi domos, & plantauit vineas, sed hortos, pom-*

maria, & conserui ea cuncti generis arboribus, & exercitiis mihi piscinas aquarum, possedi seruos & ancillas, multamque familiam habui, armenta quoque & magnos ouium greges, ultra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem; coaceruaui mihi argentum & aurum & substantias Regum ac Prouinciarum: feci mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos & vases in ministerio ad vina fundenda: & supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ierusalem: sapientia quoque perseverauit mecum. Et omnia que desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate fruere, & oblectaret se in his que preparaueram. Cùmque me conuertissem ad vniuersa opera que fecerant manus meae, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Et idcirco rediit me vita mea, videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus. Rursus detestatus sum omnem industriam meam, quã sub sole studiosissimè laboraui. Vnde cessauit renunciauique cor meum ultra laborare sub sole &c. Si ergo Salomon expertus tales voluptates, delicias, diuitias, quales nullus habuit ante illum & post illius tempora vsque ad hanc horam, ita deplorauit suas seculares felicitates; ex altera parte, cùm nullus religiosus bonus in religione perseverans, ad hanc horam etiam ex seculi honoribus & diuitiis & deliciis translatus ad statum religiosum eum deplorarit, sed omnibus seculi felicitatibus maiorem esse agnouerit, & proclamãrit, præsertim in horã mortis: crudelis est ille pater, & cognatus, & amicus, qui retrahit aliquem à statu religioso tam felici, & inducit ad seruendum Reipub. vel suã familiã, & ita retrahit à Dei famulatu, & à sacrificiis Domini maioribus quàm fuerint omnia Sacrificia Mosaica, iuxta illud S. Samuelis Dei nomine datum Saũli Regi responsum, 1. Reg. 15. 22. *Melior est obedientia, quàm victima. & auscultare magis quàm offerre adipem arierum.* Quia vt ait 1. 35. mor. c. 10. S. Gregorius Papa, *per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur.*

Quod verò iidem malint mundi malitiam sequi suos, quàm Deo in statu religioso militare, vt per auctum militum numerum, non tantum Reipub. sed etiam templa, clerus, & monasteria defendantur, ostendunt se esse rerum diuinarum & Historiarum ignaros, & magis armis & humanis industriis, quàm diuinã profectiõni fidere, & seruorum Dei precès, immò sola merita eorum tacentium, & non orantium, ignorare. Sunt ergo isti Reipub. secularis Patroni, non tantum hostium insensibiliorum oppugnationes & numerosos exercitus vinci, sed, quod maius est, iram Omnipotentis Dei & Domini Exercituum, precibus seruorum Dei, præsertim religiosorum, immò etiam sine precibus eorum, solã eorum commoratione in aliquo loco, & quidem paucissimorum, mitigati.

Præclare hanc rem demonstrat diuino ore S. Chryostomus h. 42. in Gen. ponderans illam Dei promissionem, quã securum reddidit S. Abraham, se infamibus illis ciuitatibus nil mali illatorum, si tantum decem iusti reperirentur in illis quinque ciuitatibus. Sed quia, inquit S. Chryostomus, nullus inuentus est illic ab iniquitate alienus, nisi solus Ioth iustus, & eius dua filia, celesti igne impura ciuitates combuste sunt. Ita nunc quoque, propter ineffabilem Dei misericordiam, (pergit S. Chryostomus) quã pietas incrementum sumpsit, (per tot Dei seruorum domicilia) multi, etiam in medijs ciuitatibus ignorati (hoc est, occultè Sancti, in angulis domiciliorum religiosorum absconditi) possunt placare Deum, & alij in montibus & speluncis, (eremitæ) Multi enim Domini bonitas est, & sæpe solet etiam propter paucos multis dare salutem. Et quid dico propter paucos iustos? Sæpe quando non inuentus est in præsentis vitã iustus, propter defunctorum virtutem, videntium miseretur & curam habet Quocirca si paucorum iustorum secularium vita, ab hostium damnis & ab irã Dei defendit, quantò magis id tam multi religiosi præstabit, suis precibus, lachrymis, bonis operibus, meritis maioribus? Idcirco meritò de illis scripsit S. Gregorius Nazianzenus or. 1. in Iulianum Apostatam, eos, in solitudine huius seculi contritos & abjectos, mundo tamen superiores, & propter mortificationem immortales, propter solutionem Deo coniunctos, ab amore mundi alienos tales esse, vt eorum lachryma, peccati diluuium sint, & mundi exprimentum, & eorum extensio manuum flammam extinguat. Ideò mirum non est Christum Dominum ore proprio dixisse S. Teresie, vt scribitur in eius vitã primò edita libr. 1. cap. 12. *Va mundo, si non essent Religiosi, etiam si aliqui Ordines relaxati sint.*

Qui ergo conatur ne crescat religiosorum numerus, sed crescat numerus militum & Reipub. defensorum, is conatur minuere numerum eorum qui & militibus victoriam & Reipub. incolumitatem, & mundo toti felicitatem, suis precibus ac meritis apud Deum magis conciliant, quàm faciant milites & Reipub. ciues mundani, suis armis & consilijs ac opibus. Nolo id exemplis confirmare, quia nota sunt, & longior esse nolo, horum Reipub. Patronorum corrector, magis de numero famulorum Reipub. quàm Dei sollicitorum. Quod quàm bene illis in Dei iudicio cederet, tempestiuè considerent, & maturè ante illud tẽpus rebus suis consulant, ne sicut Prætextata ob minus facinus, quàm sit hoc, de quo agimus, ad inferna ducantur. Vt supra ostensum est.

Quarò, aliqui dicunt se retrahere eum qui non vocatur à Deo ad statum religiosum, sed vel ab homine ad hoc allectus est, minusculis & blandis persuasionibus, vel ex leuitate animi & seruire iuuenili, paulò post cessaturo, & peregressum ex religione, magnam familiã notam inulturo.

Respon-

178. Respondendum est, Primum, non posse nisi à Deo vocante vllum velle, ob bonum finem salutis vel perfectionis propriæ, ingredi religionem: quia dogma fidei est, quod non nisi à solis hæreticis, imò ne ab his quidem nunc negatur, nullam opus supernaturalis. (quale est, talis voluntas ingrediendi religionem) posse esse, nisi ab excitante vocante, & mouente Deo, vt docet S. Scriptura & Concilium Arausicanum, ac Mileuitanum & Tridentinum, contra Pelagianos. Si enim, vt ait Apostolus, Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis (scilicet, vt explicant sancti Patres, & Concilia, conferens ad salutem & vitam æternam, vt confert cogitatio de seculo pro Deo relinquendo, & de amplectendâ in religione cruce post Christum ferendâ) sed sufficientia nostra ex Deo est; quando magis ipsa voluntas exequendi talem cogitationem (quippe difficilior) ab ipso Deo emanat? Si nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu S. vt idem Apostolus, seu Deus per illum, docet, quanto minus potest quis velle ingredi religionem, nisi motus à Spiritu S. quia hoc longè difficilius est, quàm confiteri, quod Iesus Christus est Dominus noster. Contra naturalem enim inclinationem est, relinquere in perpetuum, & re, & spe, diuitias, voluptates, commoditates vitæ secularis, delicias obtentas vel speratas in seculo, domum paternam, parentes, cognatos, peccata secularis vitæ, libertatem viuendi, & faciendi quæ libet; & è contrario, velle viuere in perpetua castitate, paupertate, obedientiâ, idque voto perpetuo firmatâ, nil proprio arbitratu facere, de nullâ re suâ disponere, alieno imperio perpetuo subiacere, & alias vitæ religiosæ asperitates, carni difficiles, & propriæ voluntati ac commodis repugnantes, vsque ad mortem amplecti. Qui ergo hæc eligit, & seruo, naturâ & dæmone ad contraria seducente, vult amplecti, non potest nisi à Spiritu S. ad hæc amplectenda moueri, proinde ab ipso Deo talis vocatio est.

Respondendum Secundo, Etiam si aliquis persuasionibus hominum induceretur primum ad contemptum seculi, & status religiosi amorem, etiam sic inductus, volens amplecti statum religiosum, à Deo vocatur & excitatur ad hoc ipsum, nec potest id velle aggredi, sine Dei vocatione, inspiratione & auxilio, eandem ob causam; quia talis cogitatio & voluntas & executio, est actus supernaturalis, qui (vt in responsione primâ dictum est) non potest proficisci, nisi ex impulsu diuino Spiritus S.

Nec obstat, quod eius initium à persuasionibus humanâ ortum sit, quia sicut fides (quæ magis est necessaria ad salutem, quàm ingressus in religionem, vel voluntas eam ingrediendi) est ex auditu, prædicatorum à Deo missorum, vt ait Apostolus, ita Deus multos vocat ad statum religiosum per hominum persuasiones, siue publi-

cas in concionibus publicis, siue per priuatas, in colloquiis priuatis, siue per lectionem priuatam piorum librorum; quâ scimus ex historiis Ecclesiasticis magnos viros motos ad seculum deserendum, & religiosum statum amplectendum; vt contigit S. Antonio, S. Augustino, S. Francisco, S. Nicolao Tolentinati, B. Ioanni Columbino, S. Ignatio Patri nostro, & innumeris aliis. Quocirca sicut nemo prudens diceret, non esse perfectam à Deo vocationem hæretici ad fidem Catholicam, vel conuersionem seculisti Catholici ad vitam probam, eò quod ad hoc sit inductus persuasionibus humanâ; ita, non nisi stultus & inconsideratus, & dæmoni magis fauens quàm Deo; debet illius vocationem ad statum religiosum, improbare qui illam concepit ex persuasionibus humanâ. Deus enim, qui omnes homines vult saluos fieri, & neminem perire, & qui Apostolos ac eorum sequaces voluit esse piscatores hominum, vtitur tanquam suis instrumentis hominibus, vt per eos inducat hæreticos ad veram fidem, male viuentes Catholicos ad vitam bonam bene viuentes, ad meliorem & ad statum perfectionis in religione eligendum. Omnes itaque tales resolutiones, etsi hominum persuasionibus inchoatæ sunt, non illos, sed Deo intus mouenti corda humana, adscribendæ sunt, quia, vt ait Apostolus, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Dei tamen, vt ibidem subdit, adiutores sunt homines; ita tamen, vt non eorum, sed, vt ibi addit, Dei agricultura, & Dei edificatio sint, qui per homines à malo ad bonum, vel à bono ad maius bonum inducuntur. Et ita bene ait S. Iacobus Apostolus: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, (quale est voluntas, statum perfectum & actum religionis amplectendi) de sursum est, descendens à Patre luminum.

Merito ergo S. Ambrosius scriptum reliquit: Quicquid sanctum cogitaueris, hoc Dei munus est, Dei inspiratio est, Dei gratia. Quis autem Catholicorum dubitet, cogitationem de statu perfectionis in religione amplectendo, eoque sancto, sanctam esse? siue ergo ea immediate à solo Deo, siue per homines, imò siue per aduersitates mundi (vt supra ostensum est nu. 94.) concipiatur, à Deo est, Dei inspiratio, Dei gratia est.

Et quod maius est, S. Thom. Aquinas Theologorum Princeps, ab omnibus Academicis & scholis receptus, à summis Pontificibus, & ab ipsâ S. Ecclesiâ in Breviario Romano, ob sanctimoniam vitæ & doctrinam commendatus, differtè & ex professo probat, etiam pueros mundiculus humanis inductos, posse recipi ad religionem. imò addit: etiam si alicui id dæmon ipse suaderet, posse talem eligere statum religiosum. Vide verba Angelici Doctores hac de re supra posita, num. 20. Tunc enim Deus ipse moueret cor hominis ad amorem status religiosi, non dæmon; eo ferè modo, quo dum Pythonissa rogata à Rege Sati-

1. Timot. 2. 4.
2. Pet. 3. 9.
Matth. 4. 19.
1. Cor. 3. 6. 9.
Iac. 1. 17.
lib. 1. de Cain & Abel. c. 10.
279.
Opus. 17. c. 3. 4. 5.
Opus. 17. cap. 10.

1. Reg. 28.
14.

le, vt magicâ arte Samuelis pridem mortui sibi animam ostenderet, Deus suâ potentia, illam ei ostendit, anteuertens magicas Pythonissæ incantationes (quæ non animam, sed phantasticam eius speciem Sauti ostendisset, vt nunc ostendunt Magi arte diabolicâ personas mortuorum Imperatorum, Regum, & alias) vt doceant SS. Patres & Theologi.

S. Iustin.
dia dial. cii
Tryph.
Tert. l. 8.
con. Mar.
Ambr. in
Luc. c. 1.
S. Basil. ep.
80.
S. Aug. l.
2. q. 1. ad
Simplic.
S. Th. 1. p.
q. 89. a. 8.
Bellarm.
libr. 1. de
purg. c. 6.
& l. 4. de
Christo c.
11. Suar.
to. 2. disp.
42. in 3. p.
& alij.
quodl. 4.
q. 12. a. 2.
Opus. 17.
cap. 5.
Exam. c.
3. §. 14.

Atque ita, quæcunque occasio vel causa sit, inducens hominem vt seculum relinquat, & Deo perfectius, verè & ex animo, ob bonum finem salutis & perfectionis suæ, vel etiam alienæ, seruire ad mortem velit, talis voluntas, Dei vocatio est. Vnde meritò S. Bernardus S. de 7. Spiritib. col. 2. ante S. Thomam dixit: *Quoties super castigando corpore, humiliando corde, seruandâ vnitare, & charitate, fratribus exhibendâ, seu ceteris virtutibus acquirendis, conferuandis, amplificandis, salubris cogitatio in mente seruatur, diuinus sine dubio Spiritus est, qui loquitur, aut per se ipsum, aut per Angelum suum, quem certum est, nunquam loqui ex se ipso, sed Deum esse, qui loquitur in ipso.*

Sed et si S. Thomas asserat, etiam munusculis posse induci pueros vel adolescentes ad statum religiosum amplectendum, id nostra Societas, non improbens ob reuerentiam tanti Doctoris, tamen id in more non habet, sed seruat S. P. N. Ignatij Constitutionem, qui et si non dubitaret, opus bonum esse, verbis inducere ad amplectendum statum religiosum, noluit tamen sic inductos à nobis in Societatem recipi, nisi constaret, non ob persuasionem humanam, sed ob Dei internam motionem, velle aliquem, nomen suum Societati dare. Et ita, inter puncta Examinis, iuxta quæ examinari voluit eos qui petunt ad Societatem admitti, vnum est: *Per quem primum ad id motus fuerit. Si negaret se à quoquam de Societate motum fuisse, progrediendum erit vltius: si affirmaret se fuisse motum (quamuis licitè & cum merito moueri potuisset) ad maiorem tamen ipsius vtilitatem spiritualem fore videtur, si tempus ei aliquod præscribatur, vt eâ de re cogitando, Creatori & Domino suo se totum commendet, perinde ac si nullus de Societate ipsum mouisset, vt maiori cum robore Spiritus procedere ad maius obsequium & gloriam diuina Mæstatis possit. Si post huiusmodi considerationem senserit ac indicauerit, sibi valde conuenire Societatis ingressam, ad maiorem gloriam & laudem Dei, & vt melius saluti & perfectioni tum anime suæ, tum proximorum suorum incumbat, & postulauerit in eandem nobiscum in Domino admitti, tunc vltius in examine procedi poterit.*

Ideo Examinatores, qui examinant volentes ingredi nostram Societatem, nominatim interrogant, *An ab aliquo ad id petendum inductus sit.* Et vnus examinerum discretè scribit responsum examinati circa hoc punctum, & ex scripto refert coram Prouinciali & eius Consultoribus siue Examinatoribus, (qui ordinariè solent esse quatuor) an, nec ne, inductus sit. Et quidem me-

ritò Societas inductos ab aliis, non admittit, nisi aliunde constet, non propter humanam persuasionem, sed propter Dei vocationem, velle eos nomen Societati dare: quia & alij Sancti id in more habuerunt. Nam vt antiquos præteream, B. Laurentius Iustinianus, Fundator nobilissimæ Congregationis Canonicorum Regulariû S. Gregorij in Algâ, dicebat, *maximè pensanda esse eorum proposita qui se conferrent ad religionem, ne, dum ineptus suscipitur, aptus ab eo corrumpatur. Adolefcens quidam nobilis ad monasterium confugerat, quem cum intellexisset fratrum nimis persuasionibus pellectum, Patri flagranti reddidit, dicens: Accipe filium tuum. Propositum religionis à Spiritu S. est, non ab humana suadela.*

Quidò, alij eo prætextu retrahunt aliquos ab ingressu in Religionem, non vt absolute dissuadeant ingressum, sed ne temerè & præcipitanter ingrediantur, sed benè diu considerent, & probent spiritum, an à Deo sit, ne postea, vt sæpè contingit, statum religiosum deserant cum notâ suâ & suæ familie.

His respondenda sunt tria: Primum, Lumen naturæ & lumen diuinum obtate ius, qui ob supradictam causam vel retrahunt vel retardant alios ab ingressu Religionis. Nam stultus esset ille peregrinus, qui certò sciens ex relatione fide dignorum, qui nec falli nec fallere possent, iter facientes per certam viam, vel occidi vel vulnerari, vel rerum omnium iacturam facere, per aliam verò viam euntes, nihil horum pati, vellet de hac secundâ viâ deliberare, an eâ eundem sibi sit, non verò de illâ priore plenâ latrociniis & certis periculis. Naturalis enim prudentia docet, deliberandum esse, an viâ periculosa & à latronibus infestâ progrediendum sit, non de illâ, in quâ nihil est periculi. Cùm ergo Deus ipse, veritas æterna, nostri magis amans, quàm amemur à nostris parentibus & cognatis & amicis, clarè dixerit, viam status secularis esse plenam latrociniis, cædibus, & omnis generis periculis, dum dixit: *Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in Regnum celorum. Et, facile est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in Regnum celorum.* Et alibi: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli & desideria multa nociua, que mergunt homines in interitum & perditionem.* Et, cùm per dilectum suum discipulum præmonuerit: *Totus mundus in maligno positus est.* Et idèd suaserit: *Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt: si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo: quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vite.* Ex alterâ parte cùm idem Deus statui seculari renunciantibus apertè promiserit, idque bis, per S. Matthæum & per S. Marcum Euangelistas: *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Cùm hæc ita

c. 9. vit.

280.

Matth. 19.
20. 23. 24.1. Tim. 6.
9. 10.1. Ioan. 2.
5. 19.1. Ioan. 2.
15. 16.Matth. 19.
29.Mar. 10.
30.

10.

ita

ita se habeant, quæ stultitia est, velle diu delibere, an via status religiosi sit amplectenda, habens certam promissionem vitæ æternæ; & non potius deliberandum diu, an sit in statu seculari manendum, in quo salutis Auctor Deus, & vitæ æternæ largitor, dixit adeo clarè, esse difficile saluationem, & ingressum in vitam æternam, & eos qui in seculo volunt esse diuites, in laqueum diaboli esse præcipitandos? Quomodo, inquit S. Chrysostr. l. 3. contra vituperatores vitæ monasticæ col. 11. tu filium tuum (alij cognatum, amicum) iuuenem, in Aegypto mediam versantem, nullumque, qui quod vile esse possit, consulat, audientem, (cò quòd honesto carcere detentus sit, ne possit suum Patrem Spiritualem, & similes alloqui) cunctos verò ad ea quæ contraria salutis sunt, se exhortari insipientem, atque eos omnium maxime, qui se genuerunt & educauerunt, diaboli laqueos euadere posse arbitrari?

Secundò respondendum est iis, magnam irreuerentiam esse, & quandam Dei contemptum, velle deliberare de hac re, quæ Deus ipse eligendam proponit, an sit executioni mandanda. Nam cum paulò antè ostensum sit, voluntatem amplectendi statum religiosum esse Dei vocationem, Dei inspirationem, Dei motionem, nisi putemus Deum nos ad perniciem nostram impellere, deliberare de eius vocatione & inspiratione non debemus, sed sine motu eam exequi. Ne nobis illud exprobrat: Quia vocaui & renuisti, despectus omne consilium meum; ego quoque in intentu vestro ridebo.

Tertiò respondendum est iis, non debere nos moueri exemplis eorum, qui in religione non perseverant, sed tanquam canes redeunt ad vomitum peccatorum seculi & status: quia plures sine illa comparatione sunt ij, qui perseverant. Potius ergo, exemplo perseverantium tam multorum, excitandus est animus ad spem perseverantiam, quam inclinandus ad metum impetentiam. Vetus filiorum huius seculi fuit hæc obiectio ad impediendum Religionis ingressum, quam sic refellit S. Chrysostr. Inquunt, vnde nobis constare poterit, quòd stabit ille, perseverabit omnino? Multi enim exciderunt. Et ego tibi respondebo: Vnde verò tibi constat, quòd non perseverabit? Multi enim sunt qui perseverauerunt, & quidem longè plures, quam qui exciderunt. Itaque istorum gratia magis considerandum est, quam illorum metuendum. Deinde sic id refutat S. Chrysostr. in eodem libro: Plures longè videas lapsos ex conjugatorum, quam ex monachorum ordine: Neque enim tam multi ex monasteriis ad matrimonia accedunt, quam ex conjugali thoro se ad scorta recipiunt. Quòd si in eis certaminibus, quæ facilissima illis tolerata sunt, quippe thoro legitimo subnixis, ita se superari facile permittunt, quæ tandem in alijs perturbationibus acturi existimantur, quibus longè amplius quam monachi pulsantur: & quæ illos per vim subiciunt atque in suum caput impellunt. Ut igitur in prelio & pugna eam belli

partem leuiorem esse dicimus, non ex quâ alteri ac iuges mortui super inuicem cadunt, (vbi cadunt seculares) sed ex quâ paucissimi & rari, ita de his quoque statuere & decernere debemus. Et postea subdit, secularium diuitiis inhiantium (nulli enim proflus in seculari statu sunt, qui diuitias vehementer non appetant si iis carent, & non ament, si iis potiuntur) genus deterius esse & grauius illo, qui seruiunt veris idolis. Cur ergo, inquit, non pauidus trepidas, cum ad eam vitam filium adducis, in quâ vitis omnibus capi facillimè possit? An parum tibi videtur, seruire idolis, ipsique infidelibus deteriorem esse? Denique seruitium operibus ipsis abnegare? quæ quidem omnia multò facilius hi qui seculo addicti sunt, patientur, quam monachi. Vidēsne, ve callida reuerfatio metus iste sit: Nam si metuendum fuisset de imperseuerantia (non vrique esset illis (religiosis) metuendum, qui fluctus & procellas fugerunt, atque omnino studio ad portum (vitæ religiosæ) festinarunt, sed eis, qui hyeme ingenti & turbine (vitæ secularis) inuoluti, iactantur. In vitâ enim seculari, & plura sunt & paratiora naufragia, quòd & plura sunt quæ perturbent; & qui eam vitam degunt, negligentiores atque adeò inualidiores sint, quam vt aduersus ea stare possint. In monachorum autem vitâ profectò & fluctus tanti non sunt, sed contrâ penitus serenitas, fiamma & tranquillitas, & studium longè excellentius, aduersus eam fluctuum rabiem pugnantiorum. Denique præclare hæc rem Theologorum Princeps S. Thomas decidit. Sic enim responderet ad hanc questionem: Virtum sit laudabile, quòd aliquis religionem ingrediatur absque multorum consilio, & diuturnâ deliberatione præcedenti. Respondeo, inquit, dicendum, quod diuturna deliberatio, & multorum consilia requiruntur, in magnis & dubiis, vt Philosophus dicit (l. 3. eth. ca. 3.) In his autem quæ sunt certa & determinata, non requiruntur consilia. Circa ingressum autem religionis tria possunt considerari: Primò quidem ipse religionis ingressus secundum se: & sic certum est, quòd ingressus religionis est melius bonum. Et qui de hoc dubitat, quantum est in se, derogat Christo, qui hoc consilium dedit. Vnde, Augustinus dicit in libro de verbis Domini (ser. 7.) vocat se Oriens, id est, Christus: & tu attendis Occidentem, id est, ad hominem mortem & errare potentem. Alio modo potest considerari religionis ingressus per comparationem ad vires eius, qui est religionem ingressurus. Et sic etiã non est locus dubitationis de ingressu religionis: quia illi qui Religionem ingrediuntur, non confidunt in suâ virtute se posse subsistere, sed auxilio virtutis diuinæ, secundum illud Isaia 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumens pennas sicut aquila, current & non laborabunt: ambulabunt & non deficient. Si tamen sit aliquod speciale impedimentum, puta, infirmitas corporalis, vel onera debitorum, vel aliqua huiusmodi, in his requiritur deliberatio & consilium, cum his de quibus speratur quod proficiat & non impediant. Vnde dicitur Eccl. 37. Non attendas irreligioso & iniusto, sed cum viro sancto assiduus esto. In quibus tamen non

2.2. q. 189: a. 10.

vii.

30.

et. 177. & l. 9. & l. 110 & 173.

Proa. 1. 14. 1. 16.

eth. 19. 3. 24.

l. cont. v. p. v. m. m. a. l. 1. 2. 4.

im. 6.

an.

an. 2. 6.

th. 19.

ro.

est diuturna deliberatio habenda. Tertio modo considerari potest modus religionem intrandi, & quam Religionem aliquis ingredi debeat. Et de talibus potest haberi etiam consilium, cum his qui non impediunt.

Sexto, alij dicunt incertum esse, an quis à Deo vocetur ad statum religiosum, etsi sentiat in se, ad hoc se moveri desiderio salutis & perfectionis, quia multos tales postea videmus non perseverare, vel male in Religione vivere. Cum autem Dei perfecta sint opera, videntur illi qui non perseverant, non vocati à Deo, statum religiosum elegisse. Ideo timendum est, ne & hi, qui ad illum nunc aspirant, non sint vocati à Deo.

281. Respondendum est, si hæc obiectio esset alicuius momenti, probaret etiam Iudam non fuisse vocatum à Christo, nec Apostolum factum, (cui tamen fide catholicâ contrarium credimus, quippe in Evangelio scriptum) quia in eâ vocatione & Apostolatu non perseveravit, & postea se suspendit, quod in iis qui religionem deserunt non contingit. Item nec S. Petrus, nec S. Thomas fuissent à Christo D. vocati, quia post vocationem Deum offenderunt, ille Christum, negando eum cum iuramento, hic non credendo Christi resurrectionem sibi sufficienter ab Apostolis propositam ad credendum. Sic præter Apostolos etiam discipuli fuerunt à Christo Domino ad suum obsequium vocati, teste Evangelio, & tamen multi ex iis non perseverarunt, sed multi discipulorum eius abiierunt retro. Ioan. 6. 67.

Item, quis dubitat Angelos omnes in gratiâ Dei creatos, fuisse à Deo ad hoc vocatos, ut Deo adherendo, cœlesti gloriâ potirentur, tamen tertia pars eorum, ut magni Theologi docent, defecit à Deo, ideoque detrusa est ad infernum; quamvis non haberet carnem repugnantem spiritui & creaturas extrinsecas ad peccatum allicientes, nec pravos habitus inclinantes ad vitia, quos habent ij qui vocati à Deo, in religione non perseverant. Ex imperfectâ ergo aliquorum, non est inferendum, eos non fuisse vocatos à Deo. Verum quidem est, Dei esse perfecta opera omnia, & ideo vocationem ad statum religiosum esse perfectam, sed hominum instabilitas & malitia facit, ut homines Dei opera perfecta repudient, suâ inconstantia, & malitiâ liberi arbitrij, quâ de re Deus in S. Scriptura conqueritur. Quis enim dubitet conversionem ad S. fidem ex hæresi, esse perfectissimum Dei opus? Nec hæretici id negant: & conversionem à vitâ scelestâ ad bonam, esse Dei opus perfectissimum, & tamen videmus multos S. fidem abiicere, & à vitâ sanctâ ad improbam redire. Simili modo, perfectum Dei opus vocationis ad statum religiosum ij repudiant, qui ad secularem statum revertuntur, vel à Religionibus pelluntur ob vitam improbam, vel ob alias iustas & rationabi-

les causas, benè illis notas, qui ex albo religionum delentur. Certè nemo deserit religiosum statum, nec exturbatur ab eo, qui sui Ordinis Regulas servat, & Superiorum iussa exequitur. Sed cum multò plures sint ij qui perseverant, quam qui deficiunt à religioso statu, potius credendum est illos qui ad eum aspirant à Deo vocatos aspirare. Ideo non sunt retrahendi ab amplectendo statu religioso, minis, illecebris, promissionibus, & iis modis, quos retrahentibus suggerit amor seculi maior quam Dei, dum sic aspirantes ad statum religiosum, à scholis abripiunt, domi sub custodia detinent, alios qui possent bonis consiliis eos iuvare arcent, variis historiis, siue veris siue falsis narratis, aures implent eorum, ut Dei vocationem & sancta desideria ex animo miscellorum sic in custodia arctorum excutiant, & sibi carbonem, imò ignem gehennæ coarctent, ni respiciant, & Deo ac statui religioso satisfaciant. Quocirca non mirum, S. Raymundum, ut fama est, sanctum & doctum virum, ex S. Dominici sanctissimâ & doctissimâ familiâ, vocatum à Clemente Octavo in Bullâ Canonizationis eius, *Doctorem nostrum in terris*, hac occasione amplexum esse nobilissimum & vtilissimum Ecclesiæ sacrum Dei Prædicatorum Ordinem, quia dum secularis esset, euidam, ne illum ingrederetur persuaserat. Quod postea secluso inordinato affectu considerans, & zelum improbum in se cõdemnans, ipse, loco eius, se Deo in hoc sacro Ordine perpetuum deuovit, & ad hoc satisfactorio sacrificio Deum placavit, sibi que propitium reddidit, ut præter insignem sanctitatem, quam virtutibus eximias Dei beneficio affectus est, etiam Apostolicis miraculis, diuinitus sit illustratus, toti mundo notis. Concludam hoc punctum præclaro Responso S. Thomæ, qui respondens ad obiectionem, quam solent adferre ij, qui alios retrahunt à Religionis ingressu, ed quod, ut dicitur 1. Ioan. 4. *Non oportet omni spiritui credere, sed probare spiritus, si ex Deo sunt*, & quia videtur propositum religionis non esse ex Deo, cum frequenter per egressum ex religione dissoluatur, dicitur enim Act. 5. *Si est hoc consilium ex Deo, non poterimus dissolvere illud.* Ad hæc ita Doctor Angelicus respondet: *Probatum est esse spiritum, in his, quæ sunt dubia* (status autem religiosus non est dubius, de quo Christus eligendo consilium dedit, ut dixit idem in corpore articuli) *Et illi qui ad religionem accedunt, non potest esse dubium, an propositum de ingressu religionis in corde eius exortum, sit à spiritu Dei, cuius est ducere hominem in terram rectam.* Nec propter hoc ostenditur non esse ex Deo, quod aliqui retrocedunt: *Non enim omne, quod à Deo est, incorruptibile est.* Alioquin creatura corruptibiles non essent ex Deo, ut Manichei dicunt. Neque etiam aliqui, qui habent à Deo gratiam, possent illam amittere, quod etiam est hæreticum. Sed consilium Dei est indissolubile, quia etiam corruptibi-

2. 2. q. 10.
189. a. 10.

114.

lia, facit mutabilia. Adde ego, non inducendo vt confilia Dei reiticiantur, sed permittendo ob culpas hominum, vt, Dei confilia deserant. Hoc enim modo permittit Deus, tot hominum iustorum peccata, à quibus illos antea abstraxerat per vocationem.

Septimò, alij dicunt, vt à religionis ingressu auertant aliquem, eum id ex desperatione facere, vel propter incommoda & aduersitates in seculo perceptas, vel propter inopiam, vel propter res alias his similes, quibus vt se subducant, volunt religionem ingredi, sperantes in eà vitam commodiorem, & liberationem à præteritis seculi molestitis.

181. Respondendum est talibus, id quod supra ca. 6. num. 94. dictum est, D. Deum nostrum ad statum religiosum vocare multos, per aduersitates varias contra illos excitatas, siue ab hominibus, siue à dæmonibus, immò & se ipso, iuxta illud Euangelicum: *Compelle intrare*. Vide talium vocationum exempla & dicta Patrum supra loco citato commemorata. Hoc modo etiam Paulum Apostolum D. Iesus vocauit ad Apostolatam & ad statum religiosum (omnes enim Apostoli, vt supra ostensum est, fuere veri religiosi) detrudendo eum ex equo, & obsecrando. Et sic, vexatio diuina dedit ei intellectum, vt sectam Iudaicam desereret, & Christi fidem amplecteretur, eamque deinde totà vitā prædicando, & huc illucque discurrendo, propagaret. Nec tamen ob hanc violentam eius conuersionem, vllus Catholicus eam reuocauit in dubium, quasi nō esset diuina vocatio, eò quòd ex aduersitate ortum habuerit. Immo hoc modo quasi coacti intrantes Religionem, vtiores postea euadunt Ecclesiæ sanctæ Dei, & suæ Religioni. Hinc S. Augustinus de S. Paulo Apostolo differens: *Mirum est, inquit, quomodo ille qui pœnā corporis (scilicet, cæcitate diuinitus immisssa) coactus intrauit, plus illi omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit? Quod ipsemet Apostolus Deo dictante scriptum de se reliquit.*

182. Octauò. Alij retrahunt homines à certis Ordinibus, ne eos amplectantur quia vident scandala ab aliquibus religiosi illorum Ordinum edita, & dicunt esse dissolutos & sine disciplinā aliquos Ordines.

His qui talibus persuasionibus conantur auertere aspirantes ad illos (vt vocant) scandalosos Ordines, Respondendum est: *Primò* etiam si verum esset in aliquibus pauculis Ordinibus, quosdam scandalosè viuere, hoc ipso motiuo excitari debent seculares, vt secularem statum abominentur & deserant, Religiosum verò amplectantur, quia in seculo infinities (vt ita loquat) plura, frequentiora, grauioraque vbique fiunt scandala, quàm in villo Religioso Ordine. Hoc probandum non est, sed oculis credendum & auribus, quotidie scandalosa exempla seculiarum videntibus & audientibus. Que de-

plorans B. Laurentius Iustinianus ad viuum expressit status secularis conditionem, etiam his nostris temporibus vigentem: *Scelera vigent nedum in inferioribus, verum & in mediocribus, & in sublimioribus membris, aded, vt confusa videantur vniuersa, vt à plantâ pedis vsque ad verticem capitis, in hoc corpore spirituali non appareat sanitas. Attende, oro, diligenter in turba populorum. & in singularibus plebibus, quàm rari in eis sint, qui Diuina mandata custodiant, Ecclesiæ sanctiones seruent, contenti sine propriis, aliena non rapiant. Vndique adulteria perpetrantur, sunt supra, sacrilegia, homicidia, rapina, furta, deceptiones, ac horum similia. Quid de his memorem: cum diuini nominis reuerentia sic omnino neglecta esse videatur, vt sanctus existimetur, qui Deum, Sanctos, cælestemque non blasphemet Curiam. Superabundant prorsus in ore hominum mendacia, periuria, iuramenta, detractiones, vaniloquia, impudicæ, verba. Gemit mater Ecclesiæ perditionem istorum, & veluti proprios deplorat filios. Nullus autem Religiosus Ordo est tam malus, proinde tanquàm ad meliorem statum è seculari, meritò se transferre debent, qui à Deo vocantur, & saluari volunt ac pericula salutis, & quotidiana incitamenta euadere. Non est autem nouum, nec mirum, etiam in sanctis Ordinibus reperiri quandoque non sanctos, sed ad peccata secularia, olim in seculari statu contracta, relabi. Quia, vt præclare scripsit S. Augustinus epist. 137. ad Clerum & Populum Hipponensem, defendens suum Monasterium ob petulantiam cuiusdam iuuenis infamatum: *Quantumlibet rigiles disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus meæ melior sit, quàm Arca Noë: vbi tamen inter octo homines reprobos vnus inuentus est: aut melior sit quàm domus Abraham, cui dictum est: Et ecce ancillam & filium eius: aut melior sit quàm domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est: Iacob dilexi. Esau autem odio habui: aut melior quàm domus ipsius Iacob, vbi lectum Patris filius incestauit: aut melior quàm domus ipsius David, cuique filius cum sorore concubuit, cuius alter filius contra Patris tam sanctam mansuetudinem rebellauit: aut melior, quàm cohabitatio Pauli Apostoli, qui tamen si inter omnes bonos habitaret, dixit: Foris pugne, intus timores: nec diceret, cum de sanctitate & fide Timothei loqueretur: Neminem habeo, qui germanè de vobis sollicitus sit: omnes enim que sua sunt querunt, non qua Iesu Christi: aut melior quàm cohabitatio ipsius D. Christi in quâ vndeim boni, perfidum sorem Iudam tolerauerunt: aut melior sit postremò, quàm cælum, vnde Angeli ceciderunt.**

Secundò respondendum est fide Diuinâ nos credere Ecclesiam Catholicam esse sanctam, quod etiam recitando Symbolum Apostolicum profiteamur. Quis autem nescit in sanctâ Ecclesiâ multò plures esse malos, quàm bonos? & quidem tam valdè malos, quales nullus adhuc Ordo religiosus intra se fouet. Si ergo propter malos innumeros Ecclesiæ filios, & quidem infinities plures quàm sint in eà boni, nihilomi-

nus Ecclesia est sancta, & vocari debet sancta, & ob malitiam plurium eius filiorum, nemo, nisi impius, dissuadet haereticis, ne se ei aggregent, ita & quibus Ordo religiosus plures alens bonos quam malos, ob malitiam pauculorum non definit esse sanctus, & ab eo nullus hanc ob causam abhorrere & auerti debet. *Va enim mundo*

Rib lib. 1. cap. 12.

(vti quondam dixit D. Iesus S. Teresia) si non essent religiosi, etiam si aliqui Ordines laxati sint. Quocirca cum Dei ipsius iudicio, etiam illi Ordines, qui nunc videntur esse laxati, & primarium nitorem sanctitatis amisisse, profunt mundo, per longè plures in eo sanctè viuentes, etiam ij Ordines, qui videntur laxati, amplectendi sunt ab his qui ad eos vocantur à Deo. *Paucorum enim culpa*, inquit S. Hieronymus disputans de re simili contra Vigilantium haereticum, non praesudicat Religioni. Et, vt ait S. Augustinus alloquens quorundam Religiosorum vitam malam exprobrantes: Nolite propter amurcam, quâ oculi vestri offenduntur, torcularia detestari: vnde Apothece Dominica fructu olei luminosioris implentur, scilicet, sanctis Religiosis Dei Ecclesiae verbo & exemplo seruientibus, & obfuscantibus vitam irreligiosam pauculorum falorum fratrum, quia, vt dixit Abbas Piammon apud Callianum, dum in huius saeculi arca concukamur atque conterimur, necesse est etiam paleas igni perpetuo deputandas, inter electissima frumenta misceri.

epist. cit.

Coll. 18. cap. 16.

lib. de 6. alis. c. 3.

Tertio respondendum est cum S. Bonaventura, qui ait in hoc differre laudabiles religiones à iam dilapsis, non quod nullus peccans in laudabilibus reperitur, sed quod nullus impune peccare sinatur, & peccandi aditus pracludatur studiosis, vt boni corrigantur, incorrigibiles eliminentur: quod facit nostra Societas.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

De insigni quorundam constantiâ vocatorum à Deo ad Societatem Iesu.

284.

Reenfebo hoc loco insignia nostrorum iuuenum exempla, à me expressis Societatis nostrae Annis litteris excerpta, qui suâ in vocatione constantiam heroicè demonstrarunt, victis vel parentum, vel aliorum hominum, vel demonum oppugnationibus. Quâ enim constantiâ illi resistere contrariis insultibus, ij qui à Deo ad alios sacros Religiosorum Ordines, regulari disciplina florentes, vocantur. Quod enim validius resistit aduersis naturæ vel diaboli machinis, ab ingressu in Religionem eos auocantibus, eò maiore merito, se Deo in statu Religioso consecrarent, Deumque hæc fortipugnâ, & generosâ victoriâ demerebuntur, vt Religionem amplexi, peccatiarum Dei auxilia, ad

magnam perfectionis acquisitionem suppeditata percipiant, & quandoque etiam in hac vitâ, honorificis præmiis honorentur à Deo, qui etiam calicem aqua frigida pro eius amore portatum, non patitur certo remunerationis premio carere.

Circa annum Domini 1591. Cùm Carolus Pharno ad Societatem dimittus vocatus esset adhuc puer, & abstractus à parentibus, & domi clausus, quando aliter non dabatur exitus, primâ nocte cum arrepto linteo, ad nudum Christum, seminudus profugeret. Quadringenta annos meruit in Societate, Philosophiam & Theologiam docuit, conciones habuit cum fructu. Mortem obiit Messane anno 1591. vita consentaneam.

Annus Anni 1591. pag. 86.

Anno Domini 1582. quidam Adolefcens Neapolitanus nobilissimus, cum in suis parentibus in Societatem esset receptus, Nolamque (ad Nouitiatum) missus postea graues ob causas suis redditus, acerbissimè est oppugnatus. Quam pugnam adolefcens, cum animo prospiceret, in itinere, dum Nolâ Neapolim rediret, ad eam sese comparauit, assidue meditans, quid furenti patri, quid matri blandienti responderet, conuitem de nostris rogans identidem, vt patris personam tanquam susciperet, vt vicissim instando, ac respondendo, sese ad resistendum magis acueret. Hac animi preparatione cum in Vrbe (Neapolitana) conspectum venisset, certior factus est portam vrsitatam Vrbe obsideri à suis, vt ipsum venientem exciperent: quare portâ aliâ Vrben ingressus, occultis itineribus Domum professam ad P. Prouincialem recitâ se contulit. P. Prouincialis adolefcens parentes statim ad se vocauit, eisque filium tradidit orantem atque obstantem, ne se certissimo periculo obicerent. his autem legibus tradidit: vt quindecim dies adolefcentem apud se haberent, eiusque consilium explorarent, cum eo tamen ne eum malè eam ob causam acciperent, neque aliquid amandarent. Vbi adolefcens in parentum fuit potestate, grauissima cepit oppugnatio, quæ perpetua vt esset, non solum dies, verum etiam noctes, coegerunt parentes filium in eodem conclauis dormire, altercationesque ad mediam vsque noctem plerumque producebantur. Itaque adolefcens aliquando, cum parentum custodiam sefellisset, ad Archiepiscopum profugit eique in conspectu plurimorum nobilium ad gema aduoluitur. Archiepiscopus rei nouitate commotus, surgit è sella, atque adolefcentem dicere incipientem intersatus, in proximum cubiculum seducit, quarique ex solo, quid acciderit, exponit ille, quid à parente Religionis causâ patitur: orat, cum nostris agat, vt in Societatem recipiatur. Archiepiscopus adolefcens animi confirmavit; pollicitusque est eam sibi rem curæ futuram: sed grauiore cura facillè Archiepiscopi animum ab eâ, quæ leuior videbatur, auerterunt.

Annus 1582. pag. 37. Coll. No. 11.

Interea domi crescebant adolefcens molestia, cumq; domestici satis esse non viderentur, foris submittebantur, qui eam de sententiâ deducerent. Verum ita accidit, vt omnes qui eum de Religionis proposito depellere sunt aggressi, aut sententiam ipsi mutarent, aut victi confusiq; abirent. Cùm audiente patre, quidam hortarentur adolefcentem, parentibus vt pareret, negauit se parentum numero habere eos, qui se ad Christi famula-

Coll. Trecent. pag. 17.